INSTITVTIONVM
SIVE
Primorum totius Iurisprudentiæ elementorum

LIBRI QVATVOR.

DN. IVSTINIANI SACRATISSIMI Principis authoritate iussuq́ compositi,

Commentariis Accursii, & multorum insuper aliorum doctorum hominum scholiis atque obseruationibus illustrati.

Non sine locupletissimo cùm verborum tum rerum Indice.

Accessit ipsius IVSTINIANI Imperatoris vita, ex variis auctoribus opera Ægidii Perrini Fori Ecclesiastici Iosaiensis.



VENETIIS, M D LXXXI.

EGIDII PERRINI ARREMARENSIS IN IVSTINIANI VITAM,

AD CLARISSIMVM VIRVM IOANNEM Raguyerum Abbatem Arremarensem, Epistola nuncupatoria.

IVSTINIANI Principis res gestas memoratu dignas, in diuersis sparsas authorib⁹ summa vigilia, curaq; nuper à nobis collectas, & in vnum veluti fascem cōpressas, tibi offerimus (clarissima vir) vt & ipsius Imperatoris, & eorū qb⁹ cū illo, vel intercessit amicitia, vel efferbuit bellū. varios mores, ingenia, affectus, vitia, religionē, variasq; virtutes contēplari queas, atq; adeo, vt rerum omniū memorabiliū per id tēporis gestarum multiplici notitia mentem recrees. magna n. te historiæ oblectatione (vt cæteras tuas virtutes omittā) teneri in ɔfesso est. In quas ego totus iampridē incubuissem, nisi earū prædicationi vnicā tuā reluctari modestiā subinde vererem. Quæ huiusmōi certe est, vt cū laudanda libenter facias, ea tamen fecisse te nō libenter audias. Ab his igitur (qm ita velle te haud dubie scio) prudens facesso, simulque te oro, vt siqn̄ labor hic noster, quem tua suscepi causa, inuidę multitudinis iudicio eleuatus, mordicus à detractoribus impetatur, quod vitare nemo mehercule poterit, nisi qui nihil omno scribet, eius tu in primis assertor mihi sis, atq; ppugnator. Vale.

IVSTINIANVS maior, Iustini primi ex sorore nepos, genere Thrax, ignotis parentibus & obscuris natus, maiores nullos habuit claros, sed vel armētarios tm̄, vel suarios. In pueritia Iustini auunculi, ex boum custode gregarij militis facti satelles fuit pedissequus. hinc Iustino ea gregario ad Imperatoriam culmē fraude sublato, per oēs dignitatū honores gradatim ascendens, ab eo est ad prætorij præfecturam euectus, consulq; designatus. Nono aūt Imperij anno Iustinus eundē adoptauit primū, dein cōsortē Imperij fecit, & quarto post mēse decessit. Quo vita functo, Iustinianus imperauit solus. Non ergo naturalis Iustini fili⁹ fuit Iustinianus (vt voluit gl. in procē. Insti. & alius quidā nō indoctus) sed adoptiuus solū, & ita intelligi dēt tex I §. est & aliud. de don. & in §. pe. quib. nō est permis. fa. test. insti. ciui. Inciderūt aūt Iustiniani principat⁹ primordia I eū, qui quintus & vicesimus fuit supra quingentesimū humanæ salutis annū. Quo aūt auspicio ad Imperatoriā ɔuenerit dignitatē, scribit Ammon. monach⁹ lib. 2. vbi multa narrat, q̄ à fide historica mihi vidētur prorsus aliena, atq; in primis Iustinianū ipsum post acceptū imperiū vulgare scortū sibi matrimonio copulasse, & ob id in grande suorum procerum odiū incidisse, ac plerosq; ex capitali sula dānasse. Duas habuit vxores, alterā Antoninā, si Ammonio credimus Antoninę Belisarij vxoris sororem, quam priuatus in delitijs habuerat cōcubinā. Alterā vero Theodorā, cuius ab eo frequens fit in authēticis mētio, & huius meminerunt plerīq; oēs p̄ter Ammoniū historici, qui de Iustiniani rebus scripsere: nihil tū hic penitus liberorū ex duabus reliquit vxoribus p̄ter vnicā filiam Iustini iunioris matrē. Nec mirū: vsu. n. sæpe venit quēlibet prope illustriū virorum, aut sine liberis interire, aut tales plerunq; filios habere, vt melius fuerit rebus humanis consultū, si sine posteritate decessissent. Sed vt ɔpositū reperam⁹ opus, plurima certe & maxima bella nō suo sed legatorū suorū marte gessit Iustinianus. Nam p Mundū sui exercitus ducē Dalmatiā inuasit, & Solonā vrbē munitissimā vi cepit, in qua victoria Mundes ipse cū filio occisus est. Mauros quoq; Aphricā infestantes ductu Ioannis p̄fecti sui oppressit: inde Belisarium patriciū hominē Græcū, militaris disciplinæ peritissimum, in Persas rebelles cum exercitu misit, quos ille breui deuicit, & intra imperij Ro. toto Oriē n asseruit: cū victoria redeuntē, & aureo curru triūphantē magna lętitia Iustinianus excepit, idemq; dux triumpho insignis, & bello clarus in Aphricā mox profectus, Vandalorum gentē deleuit, & Gilimerē eorū regem vi cepit, catenisq; aureis vinctum (quòd ferro ligatū eum se nō ducturū promisisset) Cōstantinopolim vna cū sorore, & regia familia in triūphum egit anno 74 vt scribit Volat. vel vt Pau. diaconus vult. 96 ea quo Gensericus in Aphricā primū ingressus est. Cū aūt ad conspectum imperatoris venisset, iussusq; esset rex adorare Iustinianum, fert eum pleno ore semp risisse, atq; interrogatū, dixisse ridere se fortunæ humanę vicissitudinē, vt q modo rex fuisset, iam seruiret. Hic Belisarij triumphus maior fuit, quā Persicus & pretiosior. Supellex. n. Regis distincta auro lapillisq; & margaritis, ac septem vasa auro plena, & nōnulla gemmis in triumphū acta sunt, vt scribit Pomp. Lætus in rebus Gotthicis. Post hæc Aphricā repetens. Vandalos redintegratis viribus bellū reuocantes, Iustiniano subdit, ac penitus deleuit, interfecto eorum Rege Guntarith sub pacis dolo (Nam dolus, an virtus, quis in hoste requirat?) victor inde Romam reuersus, crucē aureā librarū centum pretiosis gemmis ornatā, in qua res ab eo gestę exaratæ fuerunt, diui Petri Basilicę obtulit. hic Vandaloru finis fuit, anno videlicet quinto & cētesimum, ex quo Aphricā primum occupauerunt, vt ipsemet Iustinianus scribit in l. I. in prin. C. de off. pręfe. prę. Aphri. & in proœ Insti. §. I. cū ait. Post tanta tēporū spatia. Quamuis Procopius dicat Vandalorum finē fuisse capto Gilimere. qđ verum esse nō pōt: cū postea, vt diximus. vires ipsi redintegrarint. Ob quas tū insignes victorias memorabile illud tēplum, qđ agiam sophiam Gręci vocant, i. sanctam sapientiam CHRISTO Opt. Max. Est. n Christus patris sapiētia, Constantinopoli incomparabili magnitudine cōstruxit. Condidit & sanctum Paulum, locum nutriendis pupillis, vt refert Suidas, dicatū. His Iustiniani successibus perculsus Theodatus Gotthorum Rex. per legatos conatus est bellū, qđ ei à Iustiniano imminebat, deprecari. Nā cum Amalasiunta mulier cordata, & Iustiniano ɔfęderata mortuo Atalarico eius filio Gotthorū Rege adhuc impubere. eū in regno socium asciuisset, isq; beneficij collati immemor ipsam iussisset necari. audita Iustinianus eius morte, graui mox in Theodatum exarsit iracundia. Sentiens ergo Theodatus sibi infensum esse principē, apud eū factorū impunitatē impetrare' adnixus est. nec eā obtinuit. fuissetq; ei ɔtinuo bellū illatū, sed vt sine maiore Italię motu ea res ɔficeret, legati in Gallias missi sunt à Iustiniano, ad Clodomirū Frācorū Regē, qui magnis muneribus datis facile obtinuerunt, vt Theudebertus alij Theodeberū vocāt, eius necessarius ex Narbonensi Gallia nihil mouerer, cū in Italia bellaretur. Hac igit cura leuatus Iustinianus, ɔcepit ꝯ Theodatū belli vires in Vitigē, Theodato interim e medio sublato, ɔuertit, & Belisariū ad liberandā Italiā ꝯ Gotthos mittit: qui Neapolim primū vi cępit, hic Romā cum exercitu volēte

Iustinianus Iustini ex sorore nepos. Iustinianus Sauatij filius. Iustinia. à Iustino Imperatore adoptatus. Declaratus insti. locus. Iustinianus qñ regnare cœpit. Ammonius monach⁹ à historia alien⁹. Iustinia. meretricē duxit vxorem. Iustiniani vxores duæ. Antonina Iustin. vxor. Theodora Iustin. vxor. Iustinia. vnicā habuit filiā. Magni plerunq; viri filios habuere inutiles. Mundus dux Solonā capit. Io. præfectus Mauros opprimit.

Belisarius Persas vicit. Belisarius triūphat aureo curru. Vandali funduntur à Belisario. Gilimer Rex catenis aureis vincitur. Gilimer Iusti. adorare iuss⁹ pleno ore sēp ridet. Fortunæ humanæ vices. Belisarij triūphus. Gūtarith vincitur. C.V. annos Vādali Aphricā occuparunt. Procopius. Sophiæ tēplum à Iustinia. cōditum. Sanctus Paulus. Theodat⁹ Gotthorū rex. Amalasiūta necat. Causa odij Iusti. in Theodatum. Clodomir⁹ hic rex erat Aureliorum filius Clodouei regis primi Frācorum Christiani. Theudebert⁹ Rex Metensiū & Galliæ Narbonēsis Clodouei ex fratre nepos.

in populo ingressus, varia belli fortuna cũ Vitige sæpe cõflixit; ac tandẽ eũ apud Rauennã cũ vxore, liberis, præcipuisq; Gotthorũ proceribus, ac magna vi auri atq; argenti captũ, ad Iustinianũ Constantinopolim deduxit. Narrãt historiarũ scriptores, atq; imprimis Procopius, Theudebertũ Francorũ Regem fœderis cũ Iustiniano pacti icti, vel immemorem, vel potius violatorẽ, huius belli initio octodecim Burgundiorũ milia in Vitigis auxiliũ misisse: quẽ Vitigem cũ Belisarius vicisset, Frãcos quoq; ipsos belli socios & auxiliares vicisse creditur. Adde quod idem Theudebertus Francorũ Rex, vt scribit Procop. cũ sexaginta hominũ milibus velut Volaterranus, Theoderici, cuius huius Theudeberti pater cũ armatorũ militib' octoginta, in Italiã postea veniens, & Gotthorum & Belisarij copias improuiso impetu dissipauit, & mox cũ pabuli penuria in varios languores incidere[n]t, vt est Gallorũ ratiũ, Italiã infesto agmine petentibus, cũ paucis est in Galliã reuersus. dimissis in Italia Buccellino & Amingo ducibus, qui & ipsi aliquanto post tẽpore à Narsete superati & occisi cũ reliquo exercitu in Italia fuere: vt scribunt Anto. Sabel. Procop. & Paulus Diacon. Ob quas victorias Iustin. forsan se Francũ vocat, quamquã Ioann. Fab. haud satis historiæ gnarus, in proœmio Institutionum ciuiliũ, non de nostra sed Germaniæ Francia Iustinianum cognomẽto Francũ dici falso putat. Nã ante tẽpora Clodouei ipsius Theudeberti aui, Frãcos ipsos Sicãbricos, seu (vt Faber vult) Germanicos, in penitiorem commigrasse Galliam, eamq; totam fere occupasse nemo vel mediocriter doctus ignorat. Procopio adstipulatur Blondus Forliuiẽsis de inclinatione Imperij Romani, Francos à Iustiniano victos esse asserens. Ad hæc Regino Monachus libro annaliũ primo author est Narsetẽ Iustiniani patriciũ, cũ Buccellino & Amingo Theudeberti Francorum Regis ducibus (qui Italiã deprędabantur) pugnasse, eosq; interfecisse. Reginoni subscribit Ioannes Tritemius de origine Frãcorũ, & ipse et Ammon & Matthæus Palmerius Florentinus in Chronico, eosdem Francorum Duces prope Tarentũ fuisse à Narsete oppressos affirmãs, velut Rapha. Volater. scribit apud Cannetum Campaniæ oppidũ. Scribit Procopius in lib. 2. de bellico Gottico, Belisariũ in huius belli initio hęc ad Theudebertũ scripsisse: Satius est secure sua vt quisq; possideat, quam dum aliena nimiũ appetit, de suis rebus periclitetur. Superato Vitige, Gotthi, qui per Italiam remanserant, absente Belisario, regem sibi eligunt Totilam, magni animi virum, qui cõfestim Florentiam obsedit: sed à Iustiniani ducibus (quos Belisarius in Italia dimiserat) repulsus est, qui cũ paruo interdicto tempore Neapolim cepisset, Belisarius ad curã belli Italici rursus a Iustiniano delectus, in Italiã reuersus est. Interim Totilas Rex, Italię ciuitates miris cladibus direptionibusq; afflixit, Romãq; infenso agmine ingressus diripuit, incẽdiiq; & parte murorũ euertit, ciuesq; varie iactauit, & vrbẽ penitus desolatã, ac sine vllo habitatore reliquit. Narrat Procopius Romã quadraginta diebus in solitudine fuisse, & tredecim emicuisse flammam. Pari crudelitate Florentiã in Hetruria solo æquauit: quibus cladibus Dei flagellũ cognominatus est, vt scribit Raphael Volaterr. in gestis Gotthorũ. Verũ Platina in Leone primo non hũc, sed Attilam flagellũ Dei vocitatum esse vult. Blondus, Forliuiẽsis de inclinatione Romani Imperij author est, capta à Totila vrbe Rusticianam nobilẽ mulierem, Romæ inter mendicantes inuentam, in iudiciũ a Gotthis fuisse arreptam, q; Theodorici regis statuas frangi fecisset, in patria sui Symmachi & Boetij cõiugis vltionẽ, q Theodorici iussu fuerãt interfecti. de facto nihil ambigebatur. Cæterũ mulieris pietas, & amor in defunctos plus valuit apud Totilam, quã regia maiestas, absoluta à rege est, ac neque vis illi fieret, diligenter cauit. Scribunt Procopius & Petrus Crinit' Belisarium ad Totilam (cum is de euertẽda vrbe Romana cogitaret, vt eũ ab tã nefando cõsilio deflecteret) literas his verbis misisse. Si hoc bello victoria ad te declinabit, Romamq; deleueris: nõ haud sane alienã, sed tuã perdidisti vrbẽ; sin victus eris, seruata vrbe gratias immortales, deleta vero humanitatẽ nullã à victore expectare debes. Vale. quam quidẽ epistolam refert Procopius, Totilam sæpe perlegisse, atque animo eius admonitionẽ accepisse, & ab incœpto diruendæ vrbis opere destitisse. Verum cum media iã plus parte deflagraret, tota fere incendio cõsumpta est, vnde & Francorũ Rex Totilæ eius filiã obnixius vxorem petẽti, nuptui dare noluit. quod diceret eũ non esse Italiæ regẽ, qui Romam terrarũ dominam, & Italiæ caput incendisset. Belisarius aũt Romam desolatã protin' occupans, & incredibili celeritate muniuit. Septẽ n. & viginti dierũ spatio, fossa, vallo, propugnaculis, omnifariamq; munitionibus, aduersus oẽm vim externarũ hostiũq; imprimis ipsam vrbẽ instruxit: Totilamq; iterũ reuertẽtem magna vi repulit: quem si fugientem Belisarius fuisset persecutus, Gotthicæ victoriæ laudẽ Narseti ademisset, post cuius digressum claues vrbis Constantinopolim ad Iustinianũ misit, vt sciret vrbem iterũ à se in libertatem esse assertam. Deniq; cum impare viribus se esse cerneret, nec fortuna (quæ ab initio fuit) perseueraret, per Antoninã vxorem, quam ipse præmiserat, à Iustiniano missionẽ impetrauit, vt scribit Procopi'. Alij à Iustiniano reuocatũ ferunt ob falsam affectati Imperij suspicionẽ, quod. s. Vitige capto, Gotthi ei omnes regnũ Italiæ obtulissent: quod tñ, vt scribit Procopius, omnino recusauit: vtcunq; res habeat, cõstat hercle eũ post multas victorias, & peractos triũphos, exitum tandem habuisse magnis plerunq; viris, & optime de Repub. meritis cõem. Nam Iustiniani iussu, siue Triboniani eius Cancellarij, cuius prima apud ipsum principem erat authoritas, odio q̃n potius inuidia, seu veteris (vt dixi) belli suspicione excæcatus est, eidemque oculi crudeliter exempti: qui iam graui, tamq; iniqua oppressus fortuna, tuguriolum sibi prope viam construi fecit, in quo reliquum vitæ transigeret, victum quæritãs, & hoc subinde prætereuntib. dictitans: Date stipem Belisario, quẽ rerum prospere gestarũ magnitudo extulit, inimicorum inuidentia excæcauit. Hæc Procopius, & Petrus Crinitus. Ammonius vero monachus scribit reuocatũ quidem à Iustiniano per inuidiã fuisse Belisarium, ac patriciatus dignitate priuatum, q cum priuatã agens vitam, duodecim milia hominũ semper secum haberet, Iustinianum vero Imperio à Florsano deiectum restituisse, atq; ob id in Iustiniani gratiam eum redijsse, Italiamq; denuo cum exercitu aduersus Francos petijsse, & ad postremum cũ paucis cõ multos Francos fortiter magis, q̃ prudẽter præliantẽ occubuisse. Et qui multarum sub triũpho gentiũ captiuos adduxerat reges, à Francorum legato victum, vita simul & nominis sui gloria spoliatũ esse. Quæ tu re tñ abest, vt Ammonio accedã, vt nihil minus credã. Veri. n. mihi simile non est Belisarium a Iustiniano reuocatũ, belli missionem turpiter ac ignominiose passum, omnibusq; dignitatib. priuatum, duodecim milia hominum alere, vel cõsueuisse, vel potuisse, vt pote, cui ex facultates vix esse poterant, vt tñ hominum toleraret, nec si tantæ fuissent, permisisse Iustinianum credam. Fuit autem Belisarius vir alioquin militaris disciplinæ peritissimus, tanta ad hæc comitate, quanta dux illius ætatis, quod sciam, nullus: vt iuxta diuiti inopiq; comis, facilisq; semper occurreret. Exegit hic e milibus seuere abstinentiam, vt ne ex humili quidẽ plebe pateretur violari quenquã, nec militaribus iniu-

ea

Vitigis Gotthorũ Rex

Vitigis à Belisario captus in triumphũ agitur.

Theodebertus fœdifragus.

Theodorici Clodouei filius.

Fran. Gotthos simul.

Græcos, q̃ fundũt Bucellin' Amingus.

Franci à Narsete superati.

Francus Iustinian' quare dictus.

Ioannes Faber nescius historias.

Frãci Galliam occuparunt ante tempora Clodouei.

Blõdus historicus.

Regino monach'.

Narses.

Ioannes Tritemi'.

Mathæus palmeri'

Franci apud Cãnetum uicti à Narsete.

Belisarij ad Theudebertum epistola.

Totilas Gotthorũ rex.

Totilas Italię ciuitates cladib' afficit.

Roma incẽditur à Totila.

Roma sine vllo habitatore relicta.

Totilas flagellũ dei cognominatus.

Florentia solo æquata.

Rusticiana Boetiũ uxor, Romæ inter mendicãtes inuenta.

Theodorici Gotthorũ res Symmach. Theodorici iussu occisus Boetius philosophus & senator Romæ.

Belisarij ad Totilã epistola.

Roma terrarum dña.

Romam Belisarius mira celeritate instaurat.

Belisarius missionẽ impetrat.

Gotthi Belisariũ regem facere voluerunt.

Solẽt magnat viri miserabilem plerũque exitũ habere.

Belisarius excæcatus.

Belisarius stipem à prætereũtibus petit.

Belisariũ virtus extulit, inuidentia excæcauit.

Belisari' Iustinianũ in regnum restituit.

Belisariũ à Frãcis occisum scribit Ammonius monach'.

Belisarij laus.

ex arboribus singes pomave temere decerpi. Hæc disciplinæ militaris severitas præclaras illi peperit victorias. Quid enim victoriarum ab insolenti milite, quales hodie nostrates omnes fere videas, consequi possis? Porro subversa militiæ disciplina, cum id militi liceat quod libuit, nihil expectari potest aliud in castris, quam seditio, quam pavor fuga, servitus & iniectum cervicibus iugum. Iam & in eo non parum bellicæ virtutis exemplum extitit Belisarius: quod octo circiter Græcorum milia eius ductu ducenta fere Gothorum milia ex Italiæ possessione propemodum deiecerunt. Et cum bello talis esset Belisarius religio pietasque præcipue illis curæ fuit. Intulit enim ex Vandalorum, ut diximus, manubijs crucem auream centum pondo, gemmis distinctam, beati Petri templo, Cerostrata item duo magni precij. Ædificavit ære suo xenodocia duo. Fanum quoque unum prædijsque ditavit: de cuius laudibus ita scribit Suidas. Belisarius dux corporis, tum pulchritudine, tum proceritate ac faciei formositate facile omnes superabat: facilem & accessibilem unicuique se præbens allocututo, adeo ut pauperi & ingloro cuique similis esset. Amor eius in milites, & agricolas inexpugnabilis: in milites quidem, omnium maxime sui temporis dona largiebatur in agricolas tanta parsimonia ac providentia utebatur, ut bellante Belisario, nullum unquam violari contigerit. Vendebant enim ad ipsis omnia venalia iuxta sententiam, segetibus vero florentibus diligenter cavebat, ne alicuius prætereuntis iumentum eas depasceretur. Fructus autem in arboribus maturos existentes nulli omnino tangere licebat: fuit insuper prudens & valde fortis. Et in Belisario hę quidem fuere virtutes. Cæteri Iustiniani, præter Narsetem, duces, qui post illum in Italia exercitum habuerunt, multo inferiores habendi consilio, comitate, abstinentia: quo contigit, ut brevi eum ipso duce belli quoque fortuna sit mutata. Alij dicunt non dignitate privatum Belisarium, sed fama belli Parthici (quod imminere videbat Iustinianus) ab eo à rebus Italicis in Græciam revocatum, idque Pomponius Lætus, & Anto. Sabel. literarum monumentis tradidere. Eo autem in Græciam abscedente Germanis patricius Iustiniani Augusti frater patruelis vir impiger, & militari disciplina clarus, contra Toulam (qui absente Belisario Romam receperat, & eam instaurare civesque revocare studebat) missus, in Illyrico morbo occubuit: in cuius locum Narses Eunuchus à Iustiniano suffectus, Totilam primum, deinde Theiam reges superavit, & occidit. Valebat hic Narses plurimum gratia apud Augustum, administrabatque eius aulam arbitrio suo, vir ad omnia virtutis opera natus, magnus quidem consilio, sed religione ac pietate maior qui multo plura sibi votis consecutus, quam vi & armis. Iustinianus haud multo postquam Italia à Gothis, à Vandalis vero Aphrica armis vindicata est, atque adeo postquam omnis Libya Romano Imperio reddita, multaque præterea ab eo interim bella feliciter gesta, ut eius gloria domi iuxta forisque conspicua esset, ad extollem Reipublicæ statum in primis reparandum animum appulit, & immensam legum congeriem ad communem studiosorum usum in brevem coarctavit formam: ne incondita prius & sparsa civilis illa iuris corpulentia obrueret magis adolescentium studia, quam institueret. Nam ad duo fere milia librorum volumina in quinquaginta libros digessit, horum congestum Digesta appellant, sunt qui Pandectas vocent, quod iuris scientiæ omnimodam contineant doctrinam. Edidit & Epitomem legum, partitus materiam, alioquin uberrimam in quatuor, libros, Institutiones passim vocant Novas quoque leges, quas ipse statuerat, in unum Codicem redegit, Novellamque nuncupare voluit: hodie Voluminis nomen sibi vendicat Omnes dein principum constitutiones, quæ in multis sparsim voluminibus habebantur, in duodecim contraxit libros, Iustiniani Codicem vulgo nuncupani.

Militum disciplina sub Belisario maxima.

Miles insolens nihil victoriarum parit.

Belisarij religio & pietas.

Germanus patricius Iust. frater patruelis.

Narses eunuchus Toulas a Narsete vincitur.

Theias occiditur.

Narsetis laus.

Narses plura votis quam armis est consecutus.

Iustinianum leges in epitomen redegit.

Duo milia librorum leges olim continebant.

Digesta.

Pandectę.

Institutiones.

Novella.

Volumen.

Codex Iustiniani.

pani. Ex prædictis igitur palam est Iustinianum Imperatorem, primum quidem omnium post adeptum ab eo imperium, bella in Gothos Vandalosque gessisse, atque his prospere confectis, immensa veteris prudentiæ volumina, Epitomen redegisse: id quod ipse testatur in Proœmio Institutionum §. Quorum utranque ibi, Post tanta temporum spatia. & in l. ij in principio. ibi. post bella enim Parthica &c. C. de veteri iure enucleando. & in l. 1 §. inerito igitur. C. de Iustiniano Codice confirmando Nec obstat C. de amendan. codi. do. Insti. in princip. § igitur. ubi Accursius asserit, Iustinianum leges prius emendasse, quam arma tractasse. Nam licet in ipso Imperij sui initio leges antea sparsas in unum corpus colligere proposuerit, cœperitque: bellis tamen varijs ab instituto avocatus, nihil ille perfectum aut absolutum reliquit, præter veterem illum Codicem quem finitis postea bellis, substituto illi novo Codice penitus abrogavit. Et hunc quidem in digerendis iuris voluminibus ordinem servavit. Nam antequam bella gereret Iustinianus, Codicem illum, quia à nobis nunc desideratur, ex tribus veteribus, Gregoriano scilicet, Theodosiano, & Hermoniano codicibus edidit. de in bellis de eo gestis, ex multis legum milibus quinquaginta Digestorum libros contraxit. Tertio Institutiones civiles inde eum, qui hodie circumferetur, Codicem divulgavit. ac demum Novellas seu parvum, quod vocant volumen in lucem emisit, ut recte scripsit Accursius in Proœmio Institutionum. §. j Hæc de iuris structura à Iustiniano compacta Pomponius Lætus, cæterique pene omnes historiarum scriptores memoriæ prodiderunt. Addunt Anton. Sabel. & Plasina in Bonifacio ij. Iustinianum ipsum non modo iura condidisse, sed de Christi quoque Incarnatione pie simul & eleganter scripsisse Cæterum tantum abesse putat Suidas Græcus iura à Iustiniano fuisse condita. ut eum ne elementarium quidem fuisse, sed prorsus analphabetum. Quod si ita habes res, fieri mehercle non potest, ut homo ignarissimus, & qui ne abecedarias quidem novit literas, tot veterum Iurisconsultum scripta intellexerit, totque leges callere & in ordinem redigere potuerit. Consequens igitur esse dicemus, non Iustinianum (utpote literarum omnino expertem, iurisque civilis prorsus imperitum, inter porcos & armenta genitum, natum, & educatum) sed Tribonianum eius quæstorem virum doctissimum Pandectarum fuisse totiusque iuris architectum: quod & ipse in proœmijs Insti. Digestorumque plane testatus est. Multum itaque debet, cum in rebus bellicis Iustinianus Belisario, Narseti, Ioanni, ac Mundo inclytis belli ducibus: tum vero in civilibus. Triboniano, Dorotheo, ac cæteris eiusdem farinæ viris, qui ipsius Iustiniani gloriam domi militiæque famigeratam reddiderunt. Nam cum nulli unquam interfuerit bello, nec legem noverit ullam, multas tamen de hostibus victorias eum retulisse. iuraque condidisse, & ea omnia in ipsis cordis penetralibus clausa habuisse constans fama prædicat. Qua ex re maiorem retulisset gloriam Iustinianus, quam si Imperij fines longius protraxisset: nihilque ei ad summam defuisset laudem: si fons publici privatique iuris iniquo & pestilenti authore caruisset, idest, si non Triboniani viri, mehercle improbi, impijque opera in condendis legibus usus fuisset Iustinianus. Quod sane efficit, ut eius inconstantia non parum suggillaretur. Nam ut ait Suidas, Tribonianus, Græcus ac impius fuit, omnis religionis contemptor, & alienus in omnibus à fide Christiana, adulator, deceptor, & fraudulentus, qui Iustiniano regi persuasit eum non esse mortem oppetiturum, sed in cœlum una cum carne assumendum. Fuit autem quæstor Iustiniani, qui naturæ potentia & dotibus pollens, ad tantum eruditionis fastigium pervenit, ut nemini sui temporis facundia & eruditione cederet. Cæterum studio avaritiæ usque adeo deditus, ut ius fasque venale haberet,

Iustinian. prius bella gessit deinde iura digessit.

Accur. lapsus.

Codices duos fecit Iustinianus.

Ordo librorum iuris.

Codex vetus.

Digesta.

Institutiones.

Codex novus.

Novella.

Iustinia. scripsit de Incarnatione.

Iustinianus inter porcos genitus & educatus.

Tribonianus iuris architectus.

Iustinianus nec bellum gessit ullum, nec legem novit.

Tribonianus vir improbus & a Christo alienus.

Triboniani mores & ingenium.

Trebonianus studio pecuniæ feliciter semper incubuit.

Tribonianus leges fixit precio atque refixit.

singulis diebus, vt plurimum leges irritas, ac ratas faciens: pront vsus eorum, à quibus pecunias acceperat, requirebat: cum annos multos in honore vixisset, morbo tandem decessit, studio pecuniæ semper quoad vixit feliciter incumbens, nec ob id vlla prorsus iniuria ab aliquo affectus: Quod scilicet sermone blando comique erat, vt auaritiæ notam abundantia eruditionis facile obscuraret. Procopius tamen libro belli Parthici primo refert fuisse Tribonianum vna cum Ioanne, vt populi seditiones ad tempus sedaret à Iustiniano quandoque deiectum vt non absimilem illi fuisse arbitrer, quem Vergilius libro vj. notat qui leges fixit precio, atque refixit. Qui Procopius cum Proculū laudare vellet: Erat, inquit, Proculus Imperatoris assessor magistratum quæstoris gerens, vir in primis iustus, & procul ab omni auaritia: ideo naque aliquam legem in alicuius gratiam conscripsit: vt iam Triboniani improbitas nemini ignota esse debeat, tametsi eum Iustinianus vbique laudet, verum facile est indocto imponere regi. Adde, quod Tribonianus, & qui cum eo operā consarcinandis iuris ciuilis libris dederunt, immensam illam legum multitudinem, in clementiū medicorum more ad viuum resecantes, accisas nobis Pandectas verius, quam compendiosas (vt Gulielmus Budæus vir doctissimus rectissime scribit) dederunt, nimia enim religione verentes, ne de fece, vt dicitur, duodecim Tabularum hausisse aliquid viderentur, id est, de prisca nimis & obsoleta antiquitate, dum de liquido tantum & nitido promere volunt, aridiora procul dubio volumina, nec item quorundā satis explentia reliquerunt prorsus vt in Pandectis struendis dormitasse verius credantur, quam recte aliquid & compendiose digessisse. Iustiniani anno, a quo imperare cœpit, quadragesimo, vel vt alijs placet, vnde quadragesimo, cum annum agens quadragesimum Imperij habens suscepisset, arrens & stultus iampridē factus in ægritudinem tandem incidens, Iustinum ex filia nepotem, consortem Imperij fecit, caputque eius diademate ornauit, fortunęque fauentis signū in eius cubiculum misit, nec multo post ingrauescente morbo, non sanus mente decessit Qui ex quo Augustalem adeptus est sedem, veterem Romani Imperij gloriam inclinatā iam prope & collapsam, in pristinam vindicauit maiestatem, eamque mirum in modum auxit, & firmiorem, quam antea reddidit, maximus esse & augustissimus princeps, nisi auaritiæ & delitij Eutychiani reus fuisset. Nam licet in ipso principatus sui limine orthodoxus in primis fuerit, atque Christianissimus (authoribus Suida Græco, ac Io. 2. Pont. Max. in epistola, inter claras, in fi. C. de sum. Tri. & fide catho & eius nomen Ioan Fab. in sanctorum catalogo apud historicos scriptum se legisse dicat: vulgoque id multis iam seculis in Aurelioтum alijsque iuris ciuilis scholis receptum sit, earum videlicet bidelis Iustinianum inter diuos relatum palam proclamantibus) graui tamen postea hæresis Eutychianæ infamia respersus est. Cum prius Calcedonense cōcilium, quo ipsius Eutychetis opinio dānata est, probare se asseruisset, literis hac de re vna cum muneribus ad Ioannem, quē nuper duxi, secundū publice missis. Quod & ipsemet testatur in l. 4 ad fi. C. de sum. Tri. & fide catho. & in Auth. de eccle. tit. col ia. A quo Agapetus primus ponti. max ad eum à Theodato Gottho ad excusandum Amalasiuntę mortē orator missus, de Eutychiana hæresi diu tentatus, constantissime renuendo dixisse fertur, Ego ad Christianissimum principem venire optaui. sed Diocletianum inueni. qua sermonis libertate effecit, vt permotus princepes ad sanitatem rediret, Anthemiūque eius authorem mali, Constantinopolitanū præsulem, in exilium miserit, & Mennam catholicum in eius locū suffecerit: in quā tamen heresim haud ita multo post relapsum esse cū sit confessio est, instigante præsertim Theodora Augu-

Iustinia. vixit ann. 80.

Iustinianus imperauit annis 40.

Iustinianus amens interijt.

Iustinianus auarus.

Iust Ioan. Fa. scribit inter diuos relatum.

Iustinianus hæreticus.

Agapetus I Pontif. Max.

Agapeti libere dictum.

Anthemi⁹ hæreticus.

sta, & Triboniano eius quæstore viro à Christiana religione prorsus alieno. Hæc si quidem Theodora cum Silverio pontifici, mortuo Agapeto iussisset, vt pulso Menna Constantinopolitano antistite Anthemium ab exilio reuocaret idque negasset Silverius se facturum, quod pontificia dignitate incolumi præstari nō posset, excanduit fœmina insolens. & quæ sibi nihil non licere arbitrabatur, scripsitque ad Belisariū, vt Silverio pulso, Vigilium diaconum (cuius in pulsu Anthemiū restitui Theodora petebat) in eius locum substituat. Belisarius rei bellicæ intentus, Antoninæ coniugi negotium dat, quę subornatis à Vigilio testibus (qui Silverium dicerent consilia agitasse de vrbe Romana Gotthis prodenda) hominem cogit se dignitate abdicare, pallioq; deposito monastica se cuculla inducere, sicque in Pontiam relegatus insulam breui post tempore decessit. ac tandem in martyrum ordinem relatus est, cuius festu celebrant duodecimo calendas Iulias. Qui Silverij legendam, quā vocant, scripsere, dicunt eum ab æmulis accusatū. quod per literas & nuntios Vitigi pollicitus esset, Asinariā se Gotthis portam nocte patefacturum, Lateranensi domui, quantum pontifices incolebat, proximam. eamque ob rem à Belisario appellatum, ibique accidisse, vt cum Silverius ad ducem veniret, assideret ille Antoninæ coniungis lecto, quæ ex Neapoli accersita languebat adhuc è via, & vt est mulierum in potestatibus intemperies, insolensque & importuna loquacitas: vbi hæc Silverium ad se venientem vidit procul, stolida voce correptum inclamat. Quo meo, bone vir, quo ve Belisarij merito, tua Gotthis prodimur opera? Sic illa, ac ne potestate quidem Silverio diluendi criminis facta, pontificium ei cultum detraxit, ac se poni iubet. Et hæc quidem gesta sunt Iustiniano palam non iubente, inconstantiæ argueretur: cum & ipse Anthemium in exiliū misisset, sed cōniuēter omnia ferente Silverio ad hūc modū Vigilij fraude & calumnia relegato, Vigilius ipse ex Theodoræ Augustæ Antoninæ Belisarij coniugis sententia, pontificiam sedem arripuit, qui cum in creatione sua Theodoræ imperatrici promisisset reuocaturū se Anthemium, paulo ante vt dictum est, ob hæresim Eutychianam à Constantinopoleos pontifica tu pulsum cœpit impetiosa mulier instare, vt Anthemium restitueret. quod se facturum Vigilius cùm pertinaciter negaret. malis promissis standum non esse asserens, indignata Theodora Vigilium vi ad se adductum & fœminæ mandata facere nolēt, ita cædi iussit, vt parum ab internitione abfuerit, eumque in Euphemiæ templū furtim elapsum, & inde à tortoribus violēter extractum, iniectoque in eius collum laqueo per totam vrbem ad vesperam vsque distractum, tandem in carceres mitti præcepit. vbi aliquandiu panis duntaxat fuit illi cibus, & aqua potus. Clerici autem qui eum secuti fuerant, partim in exiliū acti, partim vero in metalla damnati sunt. Tam fœdā ignominiā, & verbera. & laqueos, & carceres passus est Vigilius, in domino principali, Iustiniano ipso (qui paulo ante venientem eum Constantinopolim summa cum veneratione exceperat, ac pręcedente clero & populo, ad Augustissimum Sophiæ templū perduci iusserat) non solū, vt par est credere, audiente, sed vidente etiā, & patienter ferente. Adde, quod cum alterum iam annum pene exactum in vinculis fuisset Vigilius tentauit Iustinianus per Pelagium (qui Roma ad eum venerat rogandum, vt Totilam ab euertenda vrbe Romana auerteret) flectere eius animum, vt Anthemium restitueret: ad postremum qui sententiam mutare noluit, flagro adhibitus est permissu principis, ac per vrbem iterum laqueo distractus, & demum in carceres reiectus Inde plures annos in vinculis fuit Vigilius, nec prius solutus, quā Narses extremā manū reb. Gothicis imposuit. Hæc ideo scripsi, vt intelligat cupida legum iuuentus, nō tam pium fuisse Iustinia-

Menna Constantinopo. præsul.

Iustinianus in hæresim relapsus.

Theodora Augusta male sentiens de fide.

Siluerius Pont. Max.

Belisarius.

Antonina Belisarij vxor Siluerium Pontificatu priuat.

Syluerius inter martyres relatus.

Asinaria porta.

Mulierū intemperies.

Vigilius in Siluerij locū suffectus.

Vigilius malis promissis stare recusat.

Vigilius cęditur.

Vigilius ignominiose à tortore per vrbē Constan. trahitur.

Pellagius.

Vigilius iterum per vrbē Constā. distractus.

Vigi. Narsetis interuētu vinculis solutus.

num, quam Ioannis Fab. scripta prædicat. Verum fertur ipse Iustinianus inclinante iam, & ingrauescente eius ætate parum fuisse, vt diximus, mentis compos, quam nacta occasionem Theodora Augusta, vt est mulierum animus gloriæ & principatus appetens, magnam administrationis partem ad se trahebat. Inciderunt in Iustiniani huius principatum administrationes pontificum Romanorum septem quorum primus Felix quartus, qui vt inolentes vngerentur, instituit Bonifacius secundus, qui sanxit ne episcopus sibi sacerdotij successorem legeret, & profanam à clero plebem, cum res fieret diuina, discreuit. Tertio loco Iohannes secundus, qui Anthemium hæreticum Constantinopoleos archiepiscopum damnauit, cuius Iustinianus damnationem per literas publice laudauit. l. 4. §. suscepimus. ver. & sanctorū patrum. C. de summa Trin. & fi. Cath. & grandia ad eum misit donā, aureū scyphum gemmis ornatum, & alia multi precij munera, quę Vaticano templo illata sunt. verum eo mortuo Iustinianus, mutata mox voluntate, in Eutychianam hæresim lapsus, eam constantissime catenus amplexus est, donec ipsum Agapetus ad veram reduxit fidem, quam nec ille diu integram seruauit. Hic est ille Ioannes qui scripsit epistolam, inter Claras. C. de summa Trini. & fi. Cath. Agapetus quoque primus, quem à Theodato Gottborum Rege ad Iustinianum imperatorem, qui Amalasuntæ reginæ vltioni imminebat missum fuisse nuper diximus. eumq; ab hæresi Eutychiana ad orthodoxam reuocauit fidem, quo vita functo, iterum desipuit Iustinianus. Ad hæc Siluerius primus vir sanctus, qui calumniam passus est apud Belisarium accusante Vigilio diacono, vt paulū ante à nobis scriptum sit. Dein, & Vigilius ipse eius nominis primus, quem nuper nemini varijs contumelijs verberibusque iussu Theodoræ fuisse affectum, quod Anthemium hæreticum ab exilio reuocare nollet, in quib. & extinctum eum veterem calumniæ culpā optimo fine compensasse scribit Raphael Volaterranus, Alij nō extinctum scribunt, sed longo carcere fuisse detentū, ac tandem Narsetis precibus liberatum Romamq; reuertentem calculi morbo Syracusis perijsse. Ab hoc Vigilio synodus quinta Constantinopoli, Iustiniano adhuc inhumanis agente celebrata est, vbi contra Theodorum Cotianum statutum fuit, vt virgo Maria Theotocos idest, Deipara, seu Dei mater appellaretur. Anno à Christi natali 440. vnde & diuam annam Theotoci, idest, Dei genitricis matrem esse recte dicimus: licet in ecclesiasticis illis libris, quæ breuiaria vulgò appellant, Theodoci matrem eam esse corrupte scriptum sit. Quod si vera sunt hæc, quæ de quinta synodo authore eodem Vigilio, sub Iustiniani principatu cōgregata scripsimus (sicut certe verissima esse nemo nescit literatus) à fide haud dubie abhorrent, ac velut ex diametro distāt, q̄ de eadem re in literas misit Gratianus in decretis canonicis, is nanque non Vigilij pontificatu, sed Iulij quintam ipsam synodum vniuersalem fuisse coactam author esse fertur in capitulo, sexta. & capitulo sequenti §. Quinta decima sexta distinctione. Quod nulla ratione fieri potuisse tā mehercle palam est, quàm cœli sydera clara. Nam duo tantum pontifices maximi Iulij nomen fuere adepti, quorum vterque multis à Iustiniano distat seculis, de Iulio enim secundo, nihil ambigitur, quippe quē vidimus ipsi, nongentis amplius post Iustinianum annis. Priorem autem Iulium Constantini magni principatus habuit, qui longo temporis interuallo eum, quem nuper diximus, Iustinianum antecessit, inter quem & Iustiniani imperij primordia, viginti intercessere Romani pontifices. Ex quo constat quintū concilium non Iulio præside, vt sentire videtur Gratianus, sed Vigilio Iustiniani contemporaneo fuisse indictum. Cæterum malim ego dicere textum in dicto §. Quinta, esse corruptum, & ex puncta inibi dictione Iulij in eius locum Vigilij, verbum esse substituendum, quam fateri tantum virum, tam fœde, in re maxime aperta fuisse lapsum. Simili errore laborauit Paulus diaconus, in Iustiniano minore quintam synodum tempore Iulij factam fuisse falso asserens. Vigilio ita, vt proximo est loco à nobis proditum, vita functo, Pelagius primus eatenus Iustiniani temporibus sacram Romæ tenuit sedem, qui vt clerici septem horas canonicas, pensum seruituris ecclesiasticæ quotidie obirent constituit. Et vt hæretici secularium manu coercerentur, si ad sanitatem trahi aliter nō possunt. Conijciūtur in principis huius tēpora viri ingenio & eruditione illustres, Cassiodorus Rauennas, qui ex consule monasticam amplexus vitam, non pauca de rebus diuinis scripsit. cum multa prius de republica scripsisset senator. Priscianus Cæsariensis, qui in grammatica arte tam multa scripsit, quam nemo ante eum alias. Arator carminum conditor, quibus Euangelicam est historiam complexus: Iustinianus Valentianæ ecclesiæ antistes, rerum diuinarū studio non obscurum nomen adeptus. Dionysius Abbas, qui Romæ Paschalem calculum mira arte composuit. Probantur & Facundi scripta ea tempestate in Eutychianos edita. Adde & Amalasuntam Atalarici Gothorum regis matrem, cui tantam fuisse indolem scribit Cassiodorus, sit sine veneratione eam viderit nemo, & pro miraculo fuerit audire loquētem, cum Grece Latineque sciret egregie, & linguas omnium gentiū tenerent, quibus aliquid adhuc commercij fuit cum Populo Romano, quę cum filium bonis artibus, moribusque instituere conata esset, optimo eius consilio nihil ęque obstitit, ac eorum qui puerum regebant auaritia, nihil minus ad suas cupiditates explendas expedire arbitrantium, quam frugi & moderatū habere principem. Habuit illud Iustiniani seculū, & viros sanctitate claros Benedictū monasticę vitę institutorem in Cassino monte. Maurum eius discipulum in Gallia, Germanum & Genouefam Parisijs. Apud Scothos Brigidam. In Italia Siluerium pontificem martyrij lauream sub eodem Iustiniano adeptum, ac demum Clodoueum primum Gallorum regum Christianum, qui sub ipso ineuntis Iustiniani principatus articulo fatalem obijt diem.

FINIS.

Iusti. fer dinos nō fuit relaxat.
Iustinia. extremis die. mētis ipsos fuit.
Mulier principatus appetēs.
Iust. Iperāte sedere pōtif. Ro. 7.
Felix. 4. Pon. Max.
Bonifa. 2. Pont. Ma.
Lex j. & epla inter claras. C. d' sum. Tria.
Scripta sunt antequā Iusti. I hæresim laberetur.
Agapetus j. Pontif. Maxi.
Siluerius 1. Pontif. Maxi.
Vigili' 1. Pont. Ma.
Theotoci mat Anna dicta Correctus In cus ī vita diuę Annæ.
Gratian' à quibusdā vr lapsus iulij Pon ti. Ro. duo sub fuere. Iulius 1. Pont. Ma. Iul. 2. Ponti. Max. sedit tēpore Cōstantini magni.

Vigilius Iustiniani cōtēporaneus.
Gratianus à calūnia defensus
Pauli diaconi lapsus.
Pelagius 1. Pontif. Maxi.
Viri illustres tēpore Iustin.
Cassiodorus. Priscianus.
Arator.
Iustinianus antistes.
Dionysius abbas. Facundus.
Amalasūta Regina Grecē. Latineq; docta.
Auaritia aulicorū pricipi pniciosa.
Principū institutores ab auaritię vitio alieni esse debent.
Benedict' abb.
Maurus abbas.
German. antistes.
Genoueta.
Brigida.
Siluerius marty.
Clod rex.

Carmina Rubricarum primi libri Institutionum, quæ sunt numero vigintisex.

Institie, ius naturæ, personaq; subsunt.
Ingenuos, debens libertini for are.
Non ois dominus seruos sic liberet, vt vult.
Fusia lex iuris atiem: patria virtus.
Nubet, adoptanit, soluet, tutela, dabitq;
Agnatos, capitis, patronos, atque parentes.
Est fidus tutor, est Attilianus, & author.
Finit curator, teneatur, satisdare tutor.

De iustitia & iure. De iure naturali, gentium, & ciuili. De iure personarum. De ingenuis. De libertinis. Quib. ex cau. ma. non licet. De lege Fusia Caninia tollẽ. De his qui sui vel alie. iu. sunt. De patria pote. De nuptijs. De adoptionibus. Quibus mod. ius pa. po. sol. De tutelis. Qui testamento tutores dari possunt. De legitima agnatorum tutela. De capitis dimi. De legitima patronorũ tutela. De legitima parentũ tutela. De fiduciaria tutela. De Attil. tutore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur. De authoritate tutorũ Quib. mod. tut. finitur. De curatorib. De satisdatione tut. vel cura. De excusa. tut. vel cur. De suspectis tutoribus vel curatoribus.

Rubricæ secundi sunt vigintiquinque.

Res, corpus, seruit vsufructus sit & vsus.
Est vsucapiens, est donans, est alienans.
Quæro, testari, miles, permittere non vult.
Exhæres, hic instituit, bis substituendo.
Infirmat vel inofficit hæres qualia legat. (dex.
Hinc adimit, Falcat, cõmittit, singula, Co-

De rerum diuisione, & acquirendo ipsarũ dominio. De reb. corporalibus & incorporalibus. De seruituti. rustico. prædio. & vrb. De vsufructu. De vsu & habitatione. De vsucapionibus, & longi temp. præscr. De donationibus. Quibus alienare licet, vel non. Per quas personas nobis acquiritur. De testamentis ordinandis. De militari testa. Quibus non est permis. facere test. De exhæredatione liberorũ. De hæredib. instituendis. De vulgari substitu. De pupil. substi. Quib. mod. test. infirmenẽ. De inoffi. test. De hær. qual. & diffe. De legatis. De ademptione legato. De lege Falcidia. De fideicõmissarijs hæred. & ad se natusconsultum Trebel. De singulis rebus per fideicommissum relictis, De codicillis.

Rubricæ tertij sunt triginta.

Fert intestatus, agnatus, Tertyl & Orfie.
Cognatus gradibus, seruus, libertus inherent.
Signo libertos, possessus: & arrogo quærens.
Post addicta bona, successio dupla recessit
Obligore, verbis, duo, cum seruis stipulantur
Diuidit, est & inutilis atque fide iubet omni.
Litera, consensus, emit, & locat, hinc sociabit.
Et post mandatũ quasi cõtraho, quærito, tolle.

De hæreditatibus quę ab intest. deferuntur. De legitima agna. successione. De senatusconsulto Tertylliano. De senatusconsulto Orficiano. De successione cognatorum. De gradib. cognationum. De serutli cognatione. De successione libertorum. De assignatione libertorum. De bonorum possessionibus. De acquisitione per arrogationem. De eo cui libertatis causa bona addicuntur. De successionibus, quæ fiebant per bono. venditiones, & ex senatusconsulto Clau. sublatis. De obligationibus. Quibus mod. re contra. obligatio. De verb. obli. De duob. reis stipulandi, & promittendi. De stipulatione seruorum. De diuisione stipulationum. De inutilib. stipu. De fideiussoribus. De literarum obligationibus. De obligation ex consensu. De emptione & vendit. De locatione & conductione. De societate. De mandato. De obligationibus, quæ quasi ex contrac. nascuntur. Per quas personas nobis obligatio acquiritur. Quibus modis tollitur obligatio.

Rubricæ quarti sunt octodecim.

Delictum, rapit, Aquilius, iniuria subsit
Et quasi delinquẽs ago, vel gero noxia paupe
Per quos, satisdabo, perpet. et excipiẽs replica-
Sunt interdicta, cum pœnis, officioq; (bo.
Publica iudicia reperis in fine locata.

De obligationibus quæ ex delicto nascuntur. De vi bon. rapt. De lege Aquil. De iniurijs. De obligationibus, quæ ex quasi delicto nascuntur. De actionibus. Quod cum eo qui in aliena est potestate negotium gestum esse dicitur. De noxalibus actionibus. Si quadrupes paupe. fecisse dicatur. De his per quos agere possumus. De satisdationibus. De perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad hęres & in hæredes transeunt. De exceptionibus. De replicationibus. De interdictis. De pœna temere liti. De officio iud. De publicis iudicijs.

Finis titulorum Institutionum, qui sunt numero nonagintanouem.

Digesti veteris C L V. Rubr. continentur. L XV. carminib. sequentibus, eo textis artificio, vt præter principale intentum, aliquid sententię videantur. habere, quorum declarationẽ subiunximus. Et primo primi libri.

Ius

Ius,& origo patent, leges quoque parte priori.
Costituit, status, ac alienus adoptat, & est res.
Datq; senatores, consul, praetorius, verbis.
Sūt quaestor, praetor, vigilū praefectus, habēdi.
Officium pariter proconsulis vtile noscas.
Iuditijs Augusti, praeses, vel Caesaris addi.
Censor Alexandri, ius mādat, et assidet inde.

De iustitia & iure. De origine iuris ciuilis, & om. magist. & successione iuris prudentium, De legibus & senatuscon. & lon. consuetudine. De constitutionibus prin. De statu hom. De ijs, qui sui vel alieni iu. sunt. De adoptionibus, emancipationibus, & alijs mod. quib. pa. potestas sol. De rerum diuisione & qualitate De senatoribus. De offi. consulis. De offi. praefe. praet. De offic. praefec. vrb. De officio quaestoris. De officio praetoris. De officio praefecti vigil. De officio procons. & leg. De officio praefecti Augustalis, De officio praesidis, De offi. procur. Caesaris, & rationalis. De offic. iuridici Alexandriae. De offic. eius, cui mandata est iurisdictio. De officio assessorum.

Secundi libri Rubricae.

Est iurisdictio, stat nens in parte secunda.
Si quis ius dicens, vocat in ius, non ierit tunc.
Iussit lex, vt eant, qui sunt in iura vocati.
Eximat hos nemo, leges quos satisdare cogūt.
Si noxalis agat, per quem sit, cautio sisti.
Feriat, edendo, pactum, si transigat vllus.

De iurisdictione omni. iudi. Quod quisque iuris in alium statuerit ipse eodem iure vtatur. Si quis ius dicen i non obtemp. De in ius voc. Si quis in ius vocatus non ierit, siue quis eum vocauerit, quem ex edicto non debuit. In ius vocati, vt eant, vel satis aut cautum dent. Ne quis eū, qui in ius uocat, ui eximat. Qui satisdare cog. vel iuramento promittant, vel suae committatur promissioni. Si ex nox. causa agatur, quemadmodū caueatur. De eo per quem factum erit, quo minus quis iudicio sistat. Si quis cautionibus iudicio sistendi cā fac. non obtemperauerit. De ferijs & dilat. & diuersis temporibus earum. & ex quibus causis feriae non impediuntur. De edendo. De pactis. De transactionibus.

Tertij libri Rubricae.

Postulat, infamat, procurat nomine terna.
Gesta negotia sunt his, atque calumnia iūcta.

De postulando. De ijs qui notantur infamia. De procuratoribus & defensoribus. Quod cuiusq; vniuersitatis noie, vel cōtraeā agetur. De negotijs gestis. De calūniatoribus.

Quarti liberi Rubricae.

Restituit quarta, metus, et dolus, et minor hic sunt.
Diminuit, maior alienat, & arbiter hic est.
Nauta, caupones, stabularius abdita reddāt.

De in integrum resti. Quod metus cā gestum erit. De dolo malo. De minoribus vigintiquinque annis. De capitis dimin. Ex quibus causis maiores vigintiquinque an. in integrū restituantur. De alienatione mutandi iudicij causa facta. De receptis arbitris: & qui arbitrium recipiunt, vt sententiā dicāt. Nautae, caupones, stabularij, vt recepta restituāt.

Quinti libri Rubricae.

Iudicis quinta, exhaeres quaeritur, petit haeres.
Si pars haereditatis sic possessoria poscat.
Iungas haeredem fideicommissa petentem.

De iudicijs, & vbi quis agere vel conueniri debeat. De inofficioso testa. De pe. haered. Si pars haered. pet. De possessoria haereditatis petitione. De fideicommissaria haereditatis petitione.

Sexti libri Rubricae.

Vendicat & sexta, tractans de Publiciana.
Vectigalis ager, aut emphyteuticus est hic.

De rei vendicatione. De Publiciana in rem actione. Si ager vectigalis, vel emphyteuticarius petatur.

Septimi libri Rubricae.

Dans vsumfructū pars septima, crescere, sedit
Amittatur, res quae consumenda, petatur:
Dat seruis operas habitatio si cauet vtens.

De vsufructu: & quēadmodum quis vtatur fruatur. De vsufructu accre. Qñ dies vsusfructus legati cedat. Quibus modis vsusfructus, vel vsus amittatur. De vsufructu earum rerum, quę vsu consumuntur, vel minuuntur. Si vsusfructus petatur vel ad alium pertinere negetur. De operis seruorum. De vsu & habitatione Vsufructua. quēadmodum caueat.

Octaui libri Rubricae.

Vtere seruitijs octaua parte locatis.
Praedia dant vrbes, & rus communia multis.
Ni mihi seruitiū bene vendico, perdere possū.

De seruitutibus. De seruitutibus vrbanorum praediorum. De seruitutibus rusticorum praediorum. Cōmunia praediorum tam vrbanorum, quàm rusticorum. Si seruitus vendicetur, vel ad alium pertinere negetur, Quēadmodum seruitutes amittatur.

Noni libri Rubricae.

Quadrupedē nona dabit Aquiliāquoq; legē.
Effundunt multi, noxalis vt actio detur.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Ad legem Aquiliam. De ijs, qui deiecerunt, vel effuderunt. De noxalibus.

Decimi libri Rubricae.

In decima fines regis, ac erciscere possis.

Diuisis

Diuisis tandem communibus, exhibeamus.
Finium regundorum. Familiæ erciscundę. Communi diuidundo. Ad exhibendum.

Vndecimi libri rubricæ.

Vndecima iudex interrogat, itur ad ipsum,
Seruos corrumpunt, fugitiuos alea, mensor.
Funera cum sumptu, debes inferre sepulchro.

f Intelligitur. Sic C. de ædif. priua. l. si is contra quem. Accursius.

g Non põt. Quæ alienata est, nõ potest vendicari. Sed contra C. de rei ven. l. ij. in fine. Sed ibi ex aliena materia, & in alieno ædificauit: hic de sua in alieno. Quare dic aut de mea materia & in meo ædificio: & tunc planum est. aut de aliena ĩ meo: vt supra prox. §. aut de mea ĩ alieno: vt hic: aut de aliena in alieno: vt in dicta l. contraria continetur.

h Fabrorum. i. magistrorũ de lignamine, vel murorum. sic ff. de eo, quod cer. lo. l. iij. §. itam Iulianus.

i Per exceptionem. Quæ locum habet vbicunque æquum sit exceptionem locum habere, siue alia cõpetat, siue non: vt de excep. do. l. ij. §. & generaliter. & arg. j. eo. §. literæ.

k Bonę fidei. s. ab initio, & ex postfacto cum ędificauit. nam si ante quàm ędificet, sit bonę fidei: & cum ędificat, malę fidei sit: eligit quędam media via: ita vt neq; vt malę fidei puniat, neq; vt bonę fidei expensas conseruet: quia permittitur ablatio: vt ff. de rei vendic. l. Iulianus lib. viij. Digestorum scribit. si in aliena, quę est huic contraria. & facit ad hoc ff. de mino. l. inter vtile. §. vendentibus.

l Edificauerit. Cum de nouo ędificat. Et vt hęc plenè sciantur dic dum impendit in rem alienam, aut suo, aut meo noie. Primo casu loquitur ille tit. de neg. gest. & ff. & C. eo. tit. Si meo: tũc aut fructuũ gratia, & tunc ex fructibus deducuntur, aliàs nullus fructus intelligit: vt ff. so. ma. l. fructus. & ff. famil. ercis. l. fundus qui. a Aut causa rei seruandæ. nũc aut de nouo faciendo, aũt nõ: primo casu si bona fide, habeo exceptionem: non actionem. secundùm Ioan. & ĩ. ꝓxi. & ff. de cõdi. inde. l. si in area. & ff. de doli mal exce. l. Paulus. sed M. et actionem dabat. & est pro eo. ff. de peti. hęre. l. hęreditas. §. r. & ff. si pars hęre. pet. l. fi. & C. de rei ven. l. ij & l. domũ. Sed ibi ipso gesto negotium fuit hęreditarium: quod necesse habuit facere vnde actionem dabit. Sed Ioan. ɔ̃, vt dictum est. & facit aliam pro eo. ff. de rei vẽdi. l. sumptus. & ff. de ac. emp. l. idemq; & ff. de pet. hęc l. plane. ꝯ Si verò mala fide, tunc nec excipiendo, nec agẽdo conserno. vt hic: nã neminẽ mihi volui obligare, vt ff. cõmu diu. l. in hoc iudicium. secundùm Io. sed M. et dabat negotiorum

[Nec rb. l. de eo. in fi ff. ď donat. inter virum & vxo. quia ibi tutè tñ. hic verò & tutè. & volũtare dñi refragãte ędificatũ fuit.

* Sic dolosi cõditio melior est, quã non dolosi. qa o[illegible] vi[illegible] ne nehcio ꝑscriptiõis nõ dolosus verò nequaquã ſm For. Egi. Pet.

Edificatl põt quadruplicitef. Impensæ in alienis negotijs factę qualiter recuperãtur.

† Sanè sumptus necessarios possessor malæ fidei seruat ꝑ exceptionẽ doli ĩ iudicijs ĩ rem spãlibus. l. domũ. C. de rei vẽd. l. in fundo. ff. eo.

a Est tñ dĩra ſm Ang. quia per peti. hær. malę fidei possessor nõ deducit expansas ĩ fructus nõ extãe, sed bonæ fidei sic.

ꝯ Si tñ iꝰ in rẽ, valeat ha- bear à domino. vt est emphiteuta, colonus, & similes, repetit. nĩ si probet ꝙ alo donãdi fecerit ſm Ange. hic.

potiorē gest. actionē: vt ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. sed & si quis. Sed ibi nomine alieno gerebat. Item & pro eo facit. C. de rei. ven. l. ij. Sed ibi loquitur, qñ ex aliena materia, & in alieno impendit: vt ibi plenè notatur. Si verò i reficiendo, aut bona fide: & tūc necessarias, & vtiles p doli exceptionem, voluptarias per abrasionem seruam⁹: nisi dominus vellet tm̄ dare, quantū posset habere his ablatis, & contratis: vt ff. de rei ven. l. in fundo. Si verò mala fide necessarias p officium iudicis, cū tñ possideo, vtiles per abrasionē conseruo, voluptarias nullo modo: vt C. de rei ven. l. domum. Hinc est quod dixit Bul. hic, quòd expēsas repetā quōq; per a. i. p actionē: vt ff. de ne. gestis. l. si pupilli. §. sed & si quis. Item per e. i. p exceptionē: vt hic. Item & p o. i. per officium iudicis: vt per l. C. de rei ven. l. domū: vt modo diximus. Et hæc in rei vend. locū habent. In petitione verò hæreditatis bonę fidei possessor seruat omnes: at malæ fidei possessor necessarias, & vtiles per officiū iudicis, aliàs p exceptionem doli te existēte meliori in qua factæ sunt: voluptarias verò ab radit: vt ff de petitio. hæred. l. plane in cęteris.

Impensę necessarię vtiles & voluptariæ.

Expensas repeto per a. e. & o.

Plātata, et sata eius fiūt, in cuius solo serūtur, aut plantātur: modo radices immiserint: bona fide tamen alienum serens fundum, doli mali exceptione opposita sumptus, si quos fecerit, cōsequetur.

Si Titius alienā plātā i solo suo posuerit: ipsi⁹ erit. Et ex diuerso, si Titi⁹ suā plantā in Męuij solo posuerit: Meuij plāta erit: si modò vtroq; casu radices egerit. antè.n. q̄ radices egerit, eius pmanet, cuius fuerat. Adeò aūt ex eo tpe, quo radices egerit plāta, proprietas eius cōmutat, a vt si vicini arbor ita terrā Titij presserit, vt in eius fundū radices b egerit, Titij effici arborē dicamus c rō d enim nō pmittit vt alterius arbor esse intelligat, q̄ cuius in fundū radices egerit. Et iō prope cōfinium arbor posita, si etiam in vicini fundū radices e egerit, cōis fit.

Qua ratione aūt plantæ, quæ terræ coalescunt, solo cedunt: f eadē ratione frumenta quoque quæ sata sunt, solo cedere intelligūtur. Cæterūm sicut is, qui in alieno solo ædificauit, si ab eo dominus petat ædificiū, defendi potest per exceptionem doli mali, secundum ea, quæ diximus, g ita eiusdem exceptionis auxilio tutus esse potest is, qui alienum fundum sua impensa bona fide consueuit. h

Scriptura quantumuis pretiosa cedit suppositæ chartæ: tabula tamen picturæ supimpositæ cedit.

Literæ quoq; licet aureæ sint, perinde chartis, i mēbranisve k cedūt, ac solo l cedere solēt ea, quę inedificant, aut inserunt. ideoq; si in chartis, mēbranisve tuis carmen, m vel histo-

Si Titius. CASVS. Domine. Titius eradicauit plantā Mænij: & illam in solo suo plantauit. modo quęro à vobis, quis censetur dñs illius plātæ? Ad hoc rñd. Si Titius plantam Mænij in solo suo plātauerit, ipsius Titij planta efficitur. Et similiter in casu cōuerso, si Titius suā plantā i solo vicini plātauerit, dominiū plātæ vicino acquisitū itelligitur, & hoc est verū in vtroq; casu, si planta radices egerit. Nā añ emissionē radicū, eius pmanet, cuius antea fuerat. Imanò aūt ex eo tempore, ex quo planta radices emisit, proprietas ipsius plantę trāsfertur, vt si arbor Mæuij in terram Titij radices egerit, arbor per emissionē radicum itelligatur esse Titij. Ratio enim naturalis nō permittit, vt arbor alterius esse dicatur, quàm ei⁹, in cuius fundum radices egerit. vnde arbor prope confinium duorum fundorum posita, si in vicini fundum radices emiserit, per emissionem radicum cōmunis erit. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. qua ratione.

a Commutatur. Sed videtur nō commutari cū primo domino rei ven. detur vt ff. de rei ven. l. si frumentum. i §. de arbore, quæ est cōtra Sol. licet ibi d. cāt Varus & Nerua, Damus nō tamē sequitur, ergo non damus, vel damus de æstimatione, sed nō de plantat vt diximus. s. eo §. planè. si longiori tempore.

a Hodie scipit idē Pōpo. ferat si frumentum.

ADDITIO. Et hæc vltima cōiter approbatur.

per l. in rē. §. itē quæcunq; ff. eo. de rei ven. Christop.

b Radices. Omnes, vt differat à sequenti.

c Dicamus. imo videtur eius, in cuius fundo originē duxit: vt ff. arb. fur. cæ. l. si plures §. fi. Sol. hæc corrigit illā. a Vel dic ibi, poterat viuere arbor ex fundo primo, hic non. Vel efficitur 3 Titij p parte. s. vt hic: non in totū, vt ibi.

a Dic hoc non tenet. qa legū correctio est euitāda. An.

d Ratio. Facit ff. eo. s. de acquir. rer. do. l. adeo. in fi. & l. seq. & l. qua ratione.

3 Ista est vera vt tenet gl. in d. § fi. secundùm Ang.

e Radices. Pro parte.

Qua ratione. CASVS. Domine, Titius seminauit frumētū suū in solo vicini: modo quęro quis intelligitur esse dominus illi⁹ frumēti? Ad hoc rñ. Amice, eadē rōne, qua diximus, q plantæ, quæ in solo alterius radices egerunt solo cedunt, eadem ratione frumēta, quæ i alterius solo seminata sūt, solo cedere itelligunt. & per cōsequens domino soli iure accessionis acquiruntur. & sicut s. diximus, q ille, qui in alieno solo ædificauit, si dominus soli ab eo vēdicet ædificiū, tueri se poterit aduersus dominum vēdicantem p exceptionem doli mali, nisi pretium materiæ, & impēsas in ædificio factas dominus paratus sit ei refundere: ita qui i alieno fundo bona fide suis impensis seminauit, si dñs fundi ab eo vendicet frumentum, eiusdē exceptionis auxilio tutus esse poterit. & hęc dicuntur vsque ad illum § literæ quoque. cuius casus planus est, vsque ad illum §. si quis. Franciscus. Accu.

f Solo cedunt. Vt s. proxi.

g Diximus. Supra. eodē. §. certe. Sed quid si aliquis ex semine meo in alieno fundo seminauit. cōtra quē agam? Respon. contra seminantem non quia nō possidet. nec dolo fecit, quominus possideret. item nec contra possidentem: quia eius facto nihil actum est. Sed tamen dic eum teneri instar signi inuēti, qui tenetur etiam si positū ab alio habeat, vel teneat: vt diximus supra eodē. §. cum in suo, per legem. ff. de ijs qui deiec. vel effu. l. si verò. §. si id quod positū. * Et eadem quæstio fit in plantis. & eodē modo soluitur: tum sit ratio similis: vt ff. manda. l. Lucius. §. j. in fine.

Si quis seminauit ex semine meo i alieno fundo, agam contra dñm fundi.

* Intellige totā hanc gl. i bona fide seminante, & in eo qui seminatū habet bona fide secundùm Fab. Egid. Pet.

h Consueuit. Idest, plantauit, vel seminauit.

i Chartis. Vt de bombice: vt sunt hæ, quæ de Pisis veniunt. Accur.

k Membranisve. Quæ de membris animalium eripiuntur.

Membrana vnde dicitur.

l Solo. Vt s. eo. §. cum in suo.

m Carmen. Metrice.

Histo-

riam, a vel orationē b Titius scripserit: huius corporis c nō Titius, d sed tu dominus esse videris. Sed si à Titio petas e tuos libros, tuasve membranas, nec impensas scripturę soluere paratus sis, poterit se Titius defendere per exceptionem doli mali, vtique si earū chartarū, membranarumve possessionē bona fide f nactus est.

Titulo & bona fide alienum fundum possidēs, perceptos fructus suos facit: malæ fidei verò possessor, etiam consumptos restituit.

Si quis ī aliena tabula pinxerit, g quidam putant, tabulam h picturę cedere: alijs videtur picturam, qualiscūq; sit, tabulæ cedere. i sed nobis videtur melius esse, tabulam picturæ cedere. Rediculum est enim, picturā Apellis, vel Parrhasij k in accessionem vilissimę tabulæ cedere. Vnde si à domino tabulę imaginem possidente is, qui pinxit, eam petat, l nec soluat precium tabulæ, poterit per exceptionem doli mali submoueri. At si is, qui pinxit, eam possideat, cōsequēs est, vt vtilis actio m domino tabulæ aduersus eum detur. quo casu, si non soluat impensam picturæ: poterit per exceptionem doli mali repelli, vtique, si bonæ fidei possessor fuerit ille, qui picturam imposuit. n Illud enim palam est, q siue is, qui pinxit, surripuit o tabulas, siue alius, p competit dño tabularum, q furti actio.

Bona fidei possessor facit fructus suos: nec eos sumptos cogitur restituere, secus si fuerit malæ fidei. Aretin.

Si quis à non domino, quem dominum esse crediderit, bona fide r

a Historiam. Noui, & veteris testamenti. idem dicā in fabula, vel romantia, vel quolibet libro prosaico.
b Orationem Ad Deum, vel ad populum, vel ad principem.
c Corporis. Idest, libri.
d Non Titius. Scilicet scriptor bonæ fidei.
e Petas. Directa in rem.
f Bona fide. Si autē mala, laborem donasse videtur: vt ī. eodē §. certè. Sed nūquid actionem scriptor habet reddito libro? Respō. sic, si bonam fidem habuit. actionē dico, scilicet in factū: vt ff. de rei vendic. l. in rem. §. item si quæcunque. si malā fidē habuit: nō habet actionē, quia nec exceptionē habet, vt hic. Sed cum hodie pretiosior sit scriptura quā charta. nunquid mutat hoc? Rñdent quidā, vt Azo. q sic: Nos q non. 2 argu. C. de testa. l. sancimus. & C. de appel. l. præcipimus. in fin.
g Pinxerit. Siue bona fide, siue mala fide, secundùm Pla. nos contra. quia bona fide: vt ī. eod. §. ibi, vtique &c.
h Tabulam. Quid si in marmore? Resp. cōtra seruari forte. Arg. tamen contra. ī. de test. §. pen. ADDITIO Sed ibi loquitur in re separabili à materia, hic secus. Et ideo non actionē, sed exceptionē habet per istū tex.
i Cedere. ff de rei vende. l. in rē. §. sed id qđ in charta. contra. Sol. hæc corrigit illā. Vel distingue, 3 an pretiosior sit illa scriptura, quā tabula, secundū P. q ait iocum habere. quod hic dicitur, si pictus est homo, non versus: bono 4 colore, non atramento. ADDITIO. Dic q glo. bene loquitur in hoc, sed malè in eo, q dicit de verso: quia depictū semper exornat materiam, dummodo sit honestum, secundùm Christopho. hic.
k Apellis, vel Parrhasij propria nomina pictorū.
l Eam petat. Scilicet directa rei vendicatione: vt ff. de acquir. rer. domin. l. qua ratione. §. sed nō [illegible] secundùm Azonem.
m Vtilis actio. In rem non directa: quia desijt dñs esse. & sic est mirabile, q nō dominus à domino vendicat. sic contingit alias in Publiciana in quibusdā casibus vt no. ī. de actio. §. aliæ.
n Imposuit. Hoc mirabile contingit hic, q cōditio possidentis est deterior, quā petentis, aliàs contra: vt ī. de interd. §. commodum. sic & aliàs ff. de noxali. l. si quis à multis. & ff. si ex noxa. cā aga. l. j. in fi. & l. ij & ff. de peti. here. l. cum idem. Sed ad hoc respon. q in causa noxali esse poterit, quod secundo agēs nō probabit. Item in petitione hęreditatis, si bona iura habuit in vincendo, hæc eadē habuit in defendēdo: & sic non est eorū cōditio deterior. Item cum hic habeat actionē pictor, si non possideat: multo magis exceptionē debet habere soluto pretio: vt ff. de superfi. l. j. §. quod autem. & ff. de regu. iur. l. cui damus. Sed nunquid domino quondam tabulæ idem conceditur, si possideat. si pretium picturæ soluat? Rñ. Ro. q sic: cum sibi actio detur ergo contra: vt sit differentia inter dominū & pictorem. item quis præfertur, si ambo contra extraneū possidentem agant? Respon. is, qui directā habet actionem, id est, pictor, secundū Ioan. Sed nunquid si tabula fuerit abrasa, remanet pictoris? Respon sic: vt ff. de rei vendi. l. in rem. § item quæcunque. versic. & quod semel. Sed quare aliud in picturis, quā in scripturis? Rñd. quia pictura pretiosior • est, quā scriptura. secundùm Io.
o Surripuit. Ante, quàm pingeret.
p Alius. Post picturam.
q Tabularum. Etiam, subaudi. nam & pictori contra extraneum furem datur. secundùm Azo. Vel melius (vt mihi videtur) hic loquitur, quando fuit surrepta ante, quam esset picta. sed etiam contra dominum tabulæ sibi surripientē posset dari pictori furti actio. facto furto tabulæ iam pictæ: vt infra de obligation. quæ ex delict. nascuntur §. Aliquando.

Si quis, CASVS In hoc §. dicit Insti. q si emerit aliquis fundum bona fide à non domino. quem tamen ipse crediderit dominum esse, vel causa donationis, vel qualibet alia iusta causa, quæ ad dominij translationem sufficiat, bona fide accipiat: iure gentiū, quod naturali rōne introductū est. fructus, quos inde receperit pro cultura, suos facit. vnde verus dominus postea vendicans ab eo fundum, qui eū emerit: de fructibus ab eo consumptis aduersus eū agere non poterit, secus est in malæ fidei possessore. Nā ille, qui sciēs alienum fundum possederit, fructus suos nō facit. vnde si dominus fundi ab eo fundum vēdicauerit: non solum fundū, sed etiam fructus cū fundo, licet ab eo consumpti sint, cogitur domino restituere. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. is verò.

r Bona fide. Quæ in initio exigitur. s. vt credat sibi dantem habere ius distrahendi: vt ff. de vsuris. l. qui scit. §. si. 4 Nec obst. quod est: ff. de acqu. rer. domi. l. bonæ fidei. §. in contrarium, quia ibi opponēdo loquitur, non ponendo.

Iusta.

1 Si autē sit scriptor ad mercedē, & sibi de suo labore non satisfiat, potest retinere quaternos, vt no. gl. i l. si nō fortē. §. si cē tū. & ibi Raito & Bal. de cō di. īde. & Cy. & do. in l. fi. C. commo. An.

2 Et bñ secūdùm An. hic, p istū text.

3 Hæc vera. nā tā in pictura, quā in scriptura inspiciēdū qđ est pretiosius secūdū Ange. Egi. Per.

4 Bñ loquitur de colore. & atramento. sed de hoste, & verso non. qa nō est credēdū qd sit pictū, nisi sit honestū. secundū F. Egi. Per.

1 Apellis & Parrhasij meminit Plin. li na. historiæ xxxv. ca. x. & alijs ītē locis. Vēdicat aliqñ nō dominus à dño.

Pictura pretiosior ē scriptura.

• Hęc tō non vt p petua: q a scriptura pretiosior eē pōt, & carior secūdū. Fa. Egi. Per.

4 Dic hoc verū in alijs q rebus pter quā in emptionibus, quia in illis requirit q duobus tēporibus habeat bonā fidē videlicet tēporibus cōtractus, & tpe traditionis, vt est tex. in l ij. ff. p empto. & quæ sit cō differentiæ. ibi no. Ang.

a Iusta. Cum multæ sint causæ, siue tituli acquirendi: vt in ff. colligitur in varijs titulis sub tit. de vsuca. vsque ad titulum, de re iud. idem tamen & si titulum non habeat: vt arg. ff. fini. regund. l. iiij. §. post litem. versicu. sed ante ❧.

b Naturali rõne. idest, iuregentium, de quo loqr⁹ hic tit. cui naturalis insita ratio est.

c Fructus. ✶ .s. industriales. aliud in naturalib⁹: vt ff. de vsufr. l. fructus. Nec obstat ff. de acquir. rerum do. l. bonæ fidei. i prin. quod. n. ibi dicit oés, exponitur siue facto possessoris, siue alteri⁹ ꝑcepti, industriales tñ, vt ff. de vsur. l. qui scit. §. ꝑterea. Sed naturalib. fructibus consumptis, an teneatur possessor? Resp. Non tenetur possessor rei vendicatione: quia nõ possidet, nec dolo desijt possidere: sed condictione sine causa tenetur in quantum locupletior est. ar. ff. si cer. pet. l. si & me ❧.

fundũ emerit, vel ex donatione, aliave qualibet iusta [a] causa ęquè bona fide acceperit, naturali rõne [b] placuit, fruct⁹, [c] quos pcepit, ei⁹ esse ꝓ cultura, [d] & cura. [e] Et iõ si postea dñs supuenerit, & fundũ vindicet: de fructib. ab eo cõsumptis agere nõ põt. [f] Ei verò, q alienũ fundũ sciẽs posséderit, nó idẽ [g] cócessũ est. itaq; cum fundo etiã fructus, licet consumpti sint, cogitur restituere. [h]

Fructus à solo separati fructuarij fiunt, non etiã pendentes: ideo nondum perceptos ad hæredes non transfert.

Is verò, ad quem vsusfructus fundi ptinet, non aliter fructuũ dñs efficit, quã si ipse [i] eos pcepe rit. Et ideo licet maturis fructib⁹ nõdũ tñ pceptis [k] decesserit, ad hęredes eius non pertinent: sed dño [l] ꝓprietatis adquiruntur. Eadem ferè & de colono [m] dicuntur.

Fœtus, lac, pilus, & lana sunt in fructu pecudum: partus verò ancillæ non dicitur in fructu: & ideo non pertinent ad fructuarium ancillæ. Aret.

In pecudum fructu ẽt fœtus [n] est, sicuti lac, pilus, [o] & lana. itaque agni, hœdi, & vituli, & equuli, & suculi [p] statim naturali iure [q] dominij

ADDITIO. Sed si non sit effectus locupletior, non tenetur, nisi esset malæ fidei. Ang.

d Pro cultura. Vt segetes.

e Et cura. Vt lac, & pilus, & lana.

f Non potest. nec ad pretium: vt j. de offi. iud. §. & si hæreditas. versi. si verò & ff. finiũ reg. l. iiij. post litem versic. sed ante, si tamen extant, nõ rei vendicatione. quia percipiẽns sunt, sed officio iudicis tenetur reddere: vt C. de rei ven. l. certum. §. bona fide.

g Non idem. Vt faciat fructus suos.

h Cogitur restituere Distingue tñ: quia si habet titulum malę fidei possessor, de cõsumptis ꝯdictione sine ✶ causa: de extantibus rei vendicatione tenetur, de percipiendis ꝑ titulum excusat: vt C. de rei vendi. l. si fundum. nisi i quatuor casibus. Primo qñ emit ab eo, quem scit vẽdere in fraudem creditorũ: vt ff quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. per hãc. Secũdo, qñ emit ab eo, qui metu cõpulsus est, vt ff quod metus cau. l. sed & partus. Tertio. qñ emit ꝯ. interdicta legũ sciens: vt C. de agr. & censi. l. quemadmodum. lib. xj. Item in quarto. s. qñ emit à fisco nõ solenniter vendente: vt C. de fide iustr. & iur. hastæ fi. l. j. ✶ isti quatuor casus etiã no ff. quod met. cau. l. sed & partus. & l. si fundum. C. de rei vend. Si nõ habet titulum, de consumptis condictione sine causa: de extantibus rei vendicatione: vt C. de condi. ex lege. l. pen. C. de rei vend. l. si fundum. de percipiendis officio iudicis. ff. de rei vendi. l. si nanis. §. b.

Is verò. CASVS. Dñe, Titius habet vsumfructum in vniuersitate fundi: modo qro à vobis, qñ Titius vsufructuarius dñs fructuum esse intelligat? Ad hoc rñd Amice, iste ad quẽ vsufructus pertinet: non aliter dñs fructuũ effici intelligitur, quã si huiusmodi fructus ipse perceperit, & in horreo suo reposuerit: & ideo si vsufructuarius maturis fructib⁹, & à solo separatis, nondũ tñ in horreo suo repositis decesserit, ad hæredem suum huiusmodi fructus nõ transmittit: sed dño proprietatis morte vsufructuarij acquiruntur. Et quæ de vsufructuario diximus, eadẽ ferè & de colono, qui nũmis colit, intelligunt. Sed pone, q aliquis habeat vsumfructũ in oue, vel in capra, vel in equo, vel in vacca: modo quęro, qd intelligitur esse in huiusmodi vsufructu? Ad hoc rñd. Amice, in pecudum fructu etiam fœtus sunt: sicut lac, pilus, & lana, vnde dico tibi, quod agni, hœdi, & suculi, & equuli statim cum editi fuerint, naturali iure in dñio vsufructuarij esse itelligunt, sed secus est in eo, q habet vsũ fruct. ancillæ, quia ad dñm ꝓprietatis pertinet. Sed dñe, pro Deo quare nõ fuit statutum partum ancillatum esse in vsufruc. sicut fœtus pecorum? Ad hoc respõ. Amice. optimũ rõne hoc statutum fuit. Absurdum .n. videbatur hominẽ in fructu esse: cum omnes fruct⁹ hominis gratia ipse Deus adinuenerit. Sed si aliquis vsumfructum gregis habeat, & aliqua ouis perijt: vsufructuarius in locum demortuorum animalium ex fœtu submittere debet, & ita Iuliano visum est. Et similiter qui habet vsumfructum vineatũ vel arborũ, aliàs substituere debet. Rectè. n. colere debet fructuarius, & quasi bon⁹ paterfamilias vti. Et hæc dicũtur vsq. ad illum §. thesauros. in quo Iusti. determinat qualiter per inuentionem dñium acquiritur de iuregentium: & casus planus est vsq; ad illum §. per traditionem. Franc.

i Ipse. alio enim percipiente non fiunt sui, ✶ sed fiunt bonæ fidei possessoris: etiam si eos alius percipiat: vt ff. de vsur. l. qui scit. §. præterea. vel aliter si iste percepit, non etiam hæres eius, nec enim ad hæredem transmittit. Accur.

k Perceptis. Vt si in horreo depositi ✶ sunt, facit suos fructuarius: sed bonæ fidei possessor statim, vt à solo separati sunt: vt ff. q. b. mo. vsufruc. amit. l. si vsusfr. Est & alia dria: quia fructuarius facit suos naturales fructus, bonæ fidei possessor nõ: vt ff. de vsu fru. l. vsufr. l. legato, & de vsur. l. fructus.

l Domino. Sed per quam actionem? Respõ. per rei vendicationem, cum dominus sit: vel condictione ex hac lege ❧.

m De colono. Qui nũmis ✶ colit. nã oés fructus facit suos, vt vsufructuarius: sed differũt, qa colonus talis facit fruct⁹ suos statim, vt à solo decerpti sunt vt ff. de fur. l. si apes. §. si. secus in vsufructuario. vt hic dr. Vel dicas de partiarijs: ✶ vt ff. loc. & cõdu. l. cũ in plures. §. messem. ſm Aco. Item dicit lerè. ꝑ aliud: quia colonus transmittit ad hæredẽ: vt j. de loca. & condu. §. fi. sed fructuarius non. vt hic.

n Fœtus. Quasi dicat, ita fœtus, sicut &c.

o Pilus. Bouis, vel ẽt caprarum, ad horrã sellarum.

p Et suculi. idest parui sues.

q Naturali iure. idest, gentium, de quo loquitur supra eod. §. singulorum ❧.

a Fruct⁹ industriales, q nõ ꝑueniũt sine hois idustria, vt vinũ, oleũ, frumentum. Naturales vero q ipsa natura proueniunt, vt poma, fœnum, Egi. Per.

b Conditio sine cã competit quotiens aliqd ẽ, vel fuit apud te sine causa. quod mea interest hẽre. ff de cõd. sine causa per totum. Egi. Per.

i Hoc ꝑ cedit qa ille emit cõmissem. pñ solennitate iuris: secundũ Chri.

s Et ẽ ratio, quia vsufructuarius ed minimẽ culum facti deside rat: vt ie. j. ff. qñ dies viu. lega. ced. nec sola naturalis possessio, quã hẽt, sufficit ad acquirẽdũ sine separatione nomine suo facta, ſm Ang.

✶ Idẽ est si nõ ẽẽnt i horreo, sed iñ essent plene recepti, vt qa exausti à spicis, secũdũm Por. Egi. Per.

Colonus & vsufructuarius.

✶ Colon⁹ q sub certa annua mercede pecunia numerata agros suscepit colẽdos. Egi. Per.

✶ Partiarij sũt q terrã colũt ꝑ parte dimidia, vel tertia, vel alia secũdum fertilitatem terræ, aut sterilitatem. Egi. Per.

Pertinet,

e Pertinet Quantum ad plenam proprietatem: nisi etiam & in partu sit vsusfruct⁹ legatus: vt ff. de vsufruct. l. vetus.
b Absurdum. Sic ff. de vsuris. l. in pecudum.
c In fructu. s. vt ipse sit fructus: sed tñ in eo relinquitur vsusfructus.

fructuarij sunt. Part⁹ verò ancillæ ĩ fructu nõ est: itaq; ad dñm ꝓprietatis pertinet. a Absurdũ b enim videbat, hominẽ in fructu: c esse: cũ omnes fruct⁹ rerũ natura, d gratia hominis comparauerit.

Debet vsufructuarius gregis de fœtibus submittere ĩ locũ demortuorũ: et similiter arbores: et vites ĩ locũ demortuarũ. ar.

Sed si gregis e vsũfructũ qs hẽat: ĩ locũ demortuorũ capitũ ex fœtu f fructuari⁹ submittere g dẽt: (vt & Iuliano visũ est) & in vinearũ demortuarũ, vel arborũ locũ, alias debet substituere. Rectè.n. colere, & quasi bonus paterfamilias vti debet.

Thesaurus, vel in suo, vel in religioso, vel in sacro loco inuentus efficitur inuentoris: in alieno verò casu fortuito inuentus, solum pro dimidia efficitur dominus inuentor: et dominus soli pro alia dimidia. Areti.

Thesauros, h quos qs ĩ loco i suo k inuenerit, diuus Adrianus naturalẽ æquitatẽ secutus, ei cõcessit, q eos inuenerit. † Idẽ quę statuit, si qs in sacro, aut religioso l loco fortuito casu m inuenerit. At si qs in alieno loco, nõ data ad hoc opera, n sed fortuitu inuenerit: dimidiũ dño o soli ꝯcessit & dimidiũ inuentori. Et conuenienter, siquis in Cæsaris loco p inuenerit: dimidiũ inuentoris, & dimidiũ esse Cęsaris statuit. Cui conueniens est, vt si qs ĩ fiscali loco, q † vel publico, r vel ciuitatis s inuenerit, dimidiũ ipsi⁹ eẽ dẽat, & dimidiũ fisci, t vel ciuitatis.

Rerum corporalium traditio à domino facta ex causa ad dominij translationem idonea, accipientem dominum facit.

d Rerũ natura. Id est Deus. sic ĩ. de iu. natu. in prin. vñ dr apud Ouidium. Pronaq; cũ spectẽt animantia cætera terrã. Os homini sublime dedit. cœlũq; videre. Iussit & erectos ad sidera tollere vultus. Sic ff. de ædil. edic. l. iustissimè & ff. de fur. l. q var § ex furtiuis. & ff. de peti. hær. l. ancillarum.

a Gregis. Grex est numer⁹ decẽ ouiũ, vel quinq; porcorũ simul & ꝯgregatim consistentiũ. t vt ff. de abigeis. l. oues & facit ff. de vsuc l. terrũ mistura. § tertium.

f Ex fœtu. Aliũde enim nõ submittit, scdũ quosdã, vel fortè submitteret & aliũde. arg. ff. de vsufru. l. qd ergo §. sed quod dr. in fin.

ADDITIO Hæc glos. cõmoniter approbetur vt non solum ex fœtu aliarũ suppleat capita: sed & opus habeat aliũde quærere, & supplere. Christoph. & Ang.

g Submittere. Quæ submissio non fit, si in singulis capitibus sit vsusfructus: vt ff. eo. de vsufru. l. quid ergo. §. sed quod dicitur. in fine.

h Thesauros. Est autem thesaurus, pecunia ab ignotis dominis vetustiori tempore abscondita: vt C. de thesauris. l. j. lib. x. in prin. vel depositio pecuniæ, cuius memoria non extat: vt ff. de acquir. rer. do. l. nũquam. §. thesauros. qñq; impropriè dicitur: vt ff. de acquir. pos. l. peregre. l. prin. & ff. ad exhi. l. thesauros.

i Loco. Alias solo.

k Suo. Iure directo vel vtili: vt. feudatarius, vel emphyteuticarius, vel similes, a licet Plac. aliud dixerit in his. Quid si mercenarios b dum laborat in alieno: vel creditor in pignore inuenit thesaurũ? Rñ dimidium eius est, in cuius fundo inuenitur. & dimidium sibi acquirunt: vt ff. de acq. re. do. l. si is qui. §. quod si creditor.

l Religioso Vt ff. de iure fisci. l. iij §. si in locis. ꝧ. Sol. hic corrigit secundũ R. vel hic secundum naturalem rationem: vt patet in litera: ibi, secundum eiusdem rationem, quæ præualet: sicut & in vsucapione contingit. secundũ Ioan.

Fortuito casu. Casus est inopinatæ rei euẽtus ex diuersis causis ꝓueniens, ob aliud & aliud inceptis.

n Non data ad hoc opera. Alias totum dño redditur. In suo tamen loco potest operam dare nõ tamẽ magica arte, aliâs esset fisci: vt C. de thesau. l. vnica. lib. x. Accur.

o Dño. Sed per quam actionem? Rñ. per rei vendicationem, cum dns sit: vel ex cond. ex hac lege.

ADDITIO. Pecunia tamen recondita in muro domus venditæ nõ cedit emptori. sed remanet recõditorts. Ang. An sit sufficiat solus oculorũ aspectus: vel etiam requiratur apprehẽsio. & quis præferatur: vide per Christophorum hic.

p In Cæsaris loco. Scilicet patrimoniali.

q Fiscali loco. Non tamẽ publicè deputato. Accur.

r Vel publico. Id est, publicè deputato.

s Ciuitatis. Quæ loco priuatorũ sũt: vt ff. de verb. signi fica. l. eum qui vectigal.

t Fisci Sed si fisci partem suppresserit totum cũ altero tanto reddet: vt ff. de iure fisci. l. iij. §. fi.

Per traditionem.

CASVS. Dñe, iã vidi multos modos per quos acquiritur dñium de iuregentium, nunquid pluribus modis põt acqri? Respond. q sic. Per traditionem. n. à domino factã. iuregentium, qd naturali ratione introductum est, dominium nobis acquiritur. Nihil enim tam cõueniens est æquitati naturali, quam voluntatem domini volentis rei suæ dominium in alium trãsferre, ratam haberi: & ideo cuiuscũq; generis sit res corporalis, videlicet siue mobilis, siue immobilis, tradi potest: & à dño tradita alienatur. Et ideo stipendiaria, & tributaria prædia per traditionem eodem mõ alienari possunt. Sed domine, quę dicuntur prædia stipendiaria, & tributaria? Respon. Iustinia. Stipendiaria, & tributaria prædia dicũtur, quæ in prouincijs sunt. Sed licet in Italia non sint talia prædia, (cũ inter prædia prouincialia, & Italica quantũ ad dominij translationem ex nostra constitutione nulla sit differentia.) tamen si Italica prædia ex causa donationis, vel dotis, vel qualibet alia iusta causa ad dñij trãslationem sufficientẽ, à domino alij tradantur, sine dubio transferuntur, sicut prouincialia prędia, quæ eodem modo tradita fuissent. Sed licet dixerim tibi per traditionem transferri. hoc tamen non generaliter est verum: nã venditæ res, & emptori traditæ à domino, non aliter acquiruntur emptori, quã si emptor venditori pretium soluerit, vel alio modo eidẽ satisfecerit: puta dando ei fideiussorem, aut ẽ. pignus: & hoc cauet etiam lex duodecim tabularum. Rectè tamen dicitur de iure gentium hoc effici. Verumtamẽ si vẽditor neq; pretio sibi numerato, neq; fide-

a Itẽ decẽ homines cõstituunt populũ, vel turbam, tres collegiũ, duo cõgregationẽ, & rixam. vt e j. extra. de electi. secũdùm Christ. Et decem homines faciũt turbam. ff vi bo. ra. l. ꝑ tor §. j. & numerus charitum incipit cõuiuium: musarum verò numerus finit ꝑm. i. nõ debẽt esse in cõuiuio pauciores tribus, nec plures x. vt scrib. t Gelli. in noc. atti. & Macro. Egi. Per.

a Quid si cõcurrant vnus cum altero alterũ: vt em ꝯ tertiũ: qd iuris, itẽ qd in vsufructuario. vel si reperiat in fundo ꝓscripto, seu dotali, vide p Ang. hic.

b Qui ad hoc fodiẽ dum non fuit cõductus, aliàs secus: vt l. qui pro p. io. §. ꝓcurator: vt in cæteris. ff. d ꝓc. Ange.

a Hoc est falsum: vt l. is q ĩ alieno. §

c ff. de aq. r. e. do. Ange.

† Huius rei meminit Spartianus in Adriano.

† Et si partẽ ad fiscũ ptinẽtem suppresserit, totũ cum altero tanto cogit̃ soluere. l. 3. §. fi. ff. de iure. fisc. Egi. Per.

Quædã excep. hũ ĩn loco publico, vel fisci, vel ciuitatis.

fideiussore, vel pignore sibi dato, fidẽ emptoris secutus, ei rem tradiderit: dicendũ est statim rem emptoris fieri. Sed pone. Procurator Titij de voluntate dñi vendidit mihi equũ Titij: & precio numerato equũ mihi tradidit: modo quæro, vtrum per traditionem à procuratore factam dominium equi videatur mihi acquisitum? Respond. quòd sic. Nihil enim interest, vtrum ipse dominus rem suam alicui tradat, an alius de voluntate eius: & ideo si alicui libera vniuersorum negotiorum administratio à domino permissa fuerit: & ipse administrator ex huiusmodi negotijs aliquam rem vendiderit, & tradiderit: huiusmodi rem per traditionem accipientis facit. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. interdum. Franciscus de Are.

r Sed si quidẽ. Verè nulla est dr̃ia, & sed & si &c.
s Tradantur. Scilicet stipendiaria prædia, & tributaria. Accursius.
t Transferuntur. Scilicet prouincialia prædia, sicut italica, & est verum in omnibus nisi scriptura necessaria sit secũdũ los. vt C. de iuffra. l. vnica. §. quod si prædia: item sunt vera. si accipiens inducatur in vacuam possessionem, secundum quosdam, vt C. de probat. l. cum res. los. contra, vt ff. de fun. dot. l. si fundũ. & de acqui. rerum do. l. homo liber. §. quicquid. sufficit, enim induci in possessionem, licet non vacuam. Quod autem in dicta l. de probat. dicitur, demonstratiuè quòd sic euenerit, nõ causatiuè, dicitur.

Per traditionẽ quoq; [a] iure naturali [b] res nobis adquirũt: [c] nihil [d] .n. † tã cõueniẽs est naturali æquitati, quã volũtatem [e] domini volentis rem suã in aliũ transferre, ratã haberi. & ideo cuiuscũq; [f] generis sit corporalis [g] res, tradi põt, & à dño [h] tradita alienatur. [i] Itaq; stipẽdiaria [k] quoq;, & tributaria [l] pdia eodẽ modo alienant. [m] Vocanẽ aũt stipendiaria, & tributaria pdia, quę in prouincijs [n] sunt: inter quę, [o] necnõ & Italica pdia ex nostra constitutione [p] nulla est differentia. [q] Sed siquidem [r] ex causa donationis, aut dotis, aut qualibet alia ex causa tradantur, [s] sine dubio transferuntur. [t]

Ita demum traditione rei venditæ emptor dominus efficitur, si aut preciũ venditori solutum sit, aut fides de precio habita: et quod per alium facimus, ipsi quoque facere videmur.

Vendite † verò [u] res [x] & traditæ, non aliter emptori adquiruntur, q̃ si is venditori pretiũ soluerit, vel alio modo ei satisfecerit: veluti expromissore, aut * pignore [y] dato. [z] quod quamquã cauet ex lege [a] duodecim tabularũ: tñ rectè dicitur, & iure gentium, id est, iure naturali [b] id effici. † Sed si is, qui vendidit, [c] fidẽ emptoris [d] secutus fuerit: dicendum est, statim rem emptoris fieri. [e] Nihil [f] autẽ interest, vtrum ipse dominus tradat alicui rẽ suã, an voluntate eius alius, cui eius rei possessio permissa sit. [g] Qua rõne,

a Per traditionem quoque. Non solum inuentione: vt ʒ. §. proxi.
b Iure naturali. id est gentium: vt infra. §. proxi.
c Acquirũtur. Causa præcedente vera, vel putatiua, vt indebitũ: aliàs non: vt ff. eodem. l. nunquam. & infra hoc §. ibi. Sed si quidem &c.
d Nihil. imò Deo seruire, sed hyperbolicè loquitur. sic ff. de pact. l. prima. in princip. & ff. de actio. empti. l. ex empto. in princip. & C. de transac. l. non minorem.
e Voluntatem. Dum tamen sit legitima. nam cui bonis interdictum est, non alienat: vt ff. de cura. fu. l. j. in principio.
f Cuiuscunque. idest siue mobilis, siue soli.
g Corporalis. Incorporales. n. tradi non possunt: vt ff. de acqui. rerum domi. l. seruus. § incorporales.
h A domino. Hoc quandoque fallit, & e cõtrario inuenitur verum: vt j. qui. alie. licet, vel nõ. Sed hoc est regulare, vt hic. & ff. eo. l. traditio.
i Alienatur. Idest dominium transfertur. Accur.
K Stipendiaria. Scilicet quæ militibus pro stipẽdijs dantur: vt ff. de rei ven. l. item si verberauit. §. ij. & de euic. l. Lucius. & de acqui. rer. do. l. in agris.
l Tributaria. Quæ tributa Romę reddunt.
m Alienatur. Per traditionem.
ADDITIO. Quę quot modis fieri intelligatur, vide Ang. Et an per verbum tradidit, positum in testamento probetur, vide Bal. & Christoph. hic.
n In prouincijs. Quasi dicat, talia prædia nõ sunt in Italia. Accursius.
o Inter quę. Scilicet prouincialia.
p Constitutione. Vt C. de vsuca. transf. l. vnica.
q Nulla est dr̃ia. Scilicet quantum ad dñij translationẽ: vt C. de vsucap. transfor. l. vnica. sed quantũ ad tributa est differentia. C. de epis. & cler. l. de his.

u Verò. Pro sed. Accursius.
x Res, quæ loco pignoris à vẽditore teneri possunt, vt ff. de act. empt. l. Iulianus. § offerri.
y Pignore. Quod sic intelligo, si placeat venditori aliud quam precium accipere: aliàs non: vt ff. si certum petatur. l. secunda. §. primo.
z Dato. Poterit ergo vendicare venditor rem, & si nõ fuit de pretio satisfactũ: vt ff. de tribu. l. procuratoris. §. sed & si dedit mercedem. nisi emptor tũc precium offerat: vt ff. man. l. diligenter. §. j. in fi. & ff. de precario. l. ea quæ.
a Lege duodecim tabularum. Quę est ius ciuile: vt ff. de iust. & iu. l. ius ciuile §. hoc igitur. non solum gentium.
b Iure naturali. Sic dictum, q̃ naturali ratione inductũ fuit, vt ʒ. de iure natura. §. quod vero. & §. sed naturalia.
c Vendidit. Et trad. d. r.
d Fidem emptoris. Quid si dedit diem ad soluendum? Respon. non facta solutione vendicat. secundùm Ioan. vt de pact. inter empt. & vend. l. commissoriç potest tamen contradici: quia aliud est simpliciter diem solutioni statuere, aliud pactum legis commissoriæ * ponere. Itẽ quid si simpliciter tradat? Rñ. videtur sequi fidem, nisi contra probetur, vt quia fortè dicebat emptor præsentẽ se habere pecuniam: vt arg. ff. de pig. act. l. ij. Et argu. contra. ff. de tribu. l. procuratoris. §. sed si dedi
e Emptoris fieri. Nisi l casib. vt ff. d iure fisc. l. si procurator. §. fina. & ff. de re iudica. l. à diuo Pio. §. sed si emptor.
f Nihil. Quod. n. quis per aliũ facit, ipse facere vĩr, vt ff. de vi & vi arma. l. j §. deiecisse. & ʒ. de iniur. §. nõ solum. & ff. de iniur. l. item apud. § fecisse.
g Permissa sit. Vel ab ipso domino, vel ab alio domini voluntate.

† Nihil tam naturale quã voluntatẽ dñi rem suã i aliũ trãsferentis seruari. de iu. tann. trãsferẽ bñficium per bullam papę & sine traditione, vt l c. pposuir. cũ gl. sup verbo vocare. ex ꝺ cõces. p̃b.

† In qua & tradẽs, & accipiẽt cõueniant: puta qa am bo eam sciant vel credant subesse. Prędia stipẽdiaria prędia tributaria.

† Facit ad hunc § gl. ij. in c. fi. extra de pig.

Nã & M Ci. lib. ij. de Inuẽ. gñali scribit, q vel natura, vel cõsuetudine iura fuerãt pbita, eadẽ inde legẽ metu sãcita esse neq; tamen ꝓpterea de siuũt naturæ iura esse: & à mero ciuili iure, ac legitimo differunt.

* Nã hæres ꝓpriẽ pign⁹ nõ sunt qa adhuc sunt res siunt sicut ante traditionẽ. rõ qa pign⁹, & dñiũ nequeũt cõcurrere. l. neque pign⁹. ff. de regu. iur. Egi. Per.

z Ex quo nõ principaliter, sed approbatiuẽ transferẽ dñiũ. tñ quã ꝗ approbat ipsum ꝯtrũ dãdo formã, vt nõ alr transeat q̃ si fuerit de pcio satisfactum. Christop.

† In ꝯtrũ est veritas: quia tũc vĩr habere fidẽ de pcio & trãsferre dñiũ cũ si cancellatus cẽt se nõ ꝯfidere vi sta decẽ dies, secũdùm An.

* Pactũ legis cõmissoriæ dr̃ qñ aliqua res vẽdit ea ꝯditiõe q si pcium soluat ad certitudine certã empta: vt colligit ex l. 2. ff. de le. cõmis. Egi. Per.

si cui libera a vniuersorũ negotiorũ administratio pmissa fuerit à dño, isq; ex his negotijs rẽ vẽdiderit, & tradiderit: faciet eam accipientis.

Qui rem suam iamdudum alicui ex causa ad dominium minus idoneè traditam, eidem postea iusto titulo concessit, dominium sine noua traditione transtulit.

Interdũ ẽt sine traditione nuda b voluntas dñi sufficit ad rẽ trãsferẽdã: veluti si rẽ, quã tibi aliqs cõmodauerit, aut locauerit, aut apđ te deposuerit: postea vẽdiderit tibi, aut donauerit, aut dotis noĩe dederit. Quãuis.n.ex ea cã tibi eã non tradiderit: eo tñ ipso, φ patit̃ tuã eẽ, c statim tibi adqrit̃ proprietas, perinde, acsi eo noĩe tibi tradita fuisset.

Per traditionẽ clauium videtur traditũ dominiũ merciũ venditarũ. Arc.

Itẽ si qs d merces in horreo depositas e vẽdiderit, simulatq; f claues g horrei tradiderit emptori, transfert ꝓprietatẽ h mercium ad emptorẽ.

Etiam incerta persona fortuita à domino facta traditio dominium trãsfert: ideo missilia in vulgus iactata, et res pro derelicto habita, apprehendentis fiunt. Quæ autem pro derelicto habita dicantur, & quæ non, subijcitur.

a Libera. Secus in generali procuratore, qui non habet liberam: vt ff. de procu. l. procurator cui, & l. pcnator tororum. sed M. distinxit inter procuratorẽ totorum bonorum. vt ibi: & vniuersorum, vt hic.

ADDITIO. Dic plenè per Bar. in l. procurator cui generaliter libera. ff. de procurat. & quando, & quomodo dicatur libera cõcessio, vide per Bart. Ang.

Interdum. CASVS. Dixi suprà quòd nõ solum tradinone transfertur dominium: sed etiã quandoque sine traditione nuda voluntas dñi sufficit ad dñium rei suæ trãsferendum: veluti si Titius aliquam rem tibi accommodauit, eut locauit, aut apđ te deposuit. nam si præterea eandem rem tibi vẽdiderit, vel donauerit, aut dotis nomine dederit. quamuis eam rẽ ex causa vẽditionis, eut donationis, vel dotis tibi non tradiderit: eo tñ ipso, φ ipse patitur. huiusmodi rem tuam esse, statim per eum dominium eius tibi acquiritur, acsi eo nomine tibi eam tradidisset, & idem contingit in alio casu. Nam si quis vendiderit tibi merces in horreo suo repositas, & claues horrei tibi emptori traditæ sunt: dñiũ tibi mercium acquisitum intelligitur. Et non solũ voluntate transfertur dñium, quando habet voluntatem transferendi in personam certam: sed etiam aliquando voluntas domini sufficit ad dominiũ rei suæ transferendũ in personã incertam, vt in tali casu. Prætores, vel cõsules qñ missilia, idest aurũ, vel argentum in vulgus ꝓijciunt, vt in multitudine populi ad huiusmodi missibilia conucurrente, liberius possint pertransire: licet ignorẽt, quantum quisqua acceptiurus sit, tamen quia volunt vnumquenq; esse dominum eius, quod acceperit, statim accipientem dñum efficiunt. Et eadem ratione verius esse videtur, si aliquis rem pro derelicto à dño habitam occupauerit: statim ipsum occupantem dñm fieri. Sed dñe dicatis mihi, quomodo dr̃ quid haberi pro derelicto? Ad hoc respon Amice, illud pro derelicto habetur, quod dñs ea intentione abiecit, vt illud amplius in numero rerum suarũ esse nolit. & ideo statim cum abiecerit. dominus eẽ desinit. vnde eum in nullius bonis sit: de iure gentium occupanti conceditur. Sed & alia causa proijciendi res est. vt qñ in tẽpestate maris causa exonerandæ nauis eijciunt. & ideo in huiusmodi reb. eiectis aliud ius statuit̃. Nã huiusmodi res in tempestate maris eiectæ remanent in dominio eorum, qui eas eiecerunt. quia verũ est dominos eas nõ eo animo eiecisse, vt amplius eas nõ haberent: sed quo magis ipsi cum naue exonerata periculum maris euadere possent. & ideo si qs huiusmodi res fluctibus expulsas, vel ẽt in ipso mari cõsecutus fuerit animo lucrandi: furtum committit, & actione furti tenetur. Non enim multum videtur distare ab illis rebus, quæ de rheda currente dñis non videntibus cadunt, hoc dicit. vsque ad finem. Franci

b Nuda. s. à traditione. sic C. de pac. l. traditionib⁹. Item in alijs casibus dominium sine traditione datur qui possunt his legib⁹ notari. ff. de acquir. possess. l. j. §. si insserim. & §. idemq;. & l. quod meo. § venditorem. & l. quarundã. Item C. de acquirẽ. possess. l. minus. & C. de donat. l. j. & l. quisquis.

c Item si volens tibi tradere dominium, nomine meo me ꝯstituam possidere. vel cõducam à te: vt ff. de acquir. poss. l. qđ meo. & de rei ven. l. quædam mulier.

d Item si quis. Hic est casus. vbi sine possessione traditione acquiritur dominium, & alios habes notatos ff. de rei vendic l. si ager. in glos. fina.

e Tuem esse. Si res est præsens: vt ff. de rei ven. l. eius. & l. hæc si. Vel hic in vera venditione, ibi in ficta: vt ff. pro em pro. l. 2. Item hoc est verum, si precium sit solutum, vel satis factum: vt ĩ. eod. §. venditæ.

e Depositas. Idest, repositas.

f Simularque. idest, statim postquem: vt ĩ. eo. §. fere. & ĩ. de empt. &. vendi. in prin.

g Claues. Aliter de consuetudine Daciæ: in qua cũ aliquis vult legare, vel dare fundum ecclesiæ, sumit parum terræ in panniculo, & ponit super altare, & ita transfert dñium: vt extra, de consue. c. ij. Est autem casus mirabilis, in quo sine omni traditione, sed sola voluntate transfertur possessio, & dominium ipso iure: vt C. de dona. l. quisquis. vbi retẽtio vsusfructus in re donata inducit traditionẽ possessionis & dominij per quandam iuris fictionẽ. Itẽ si relinquat̃ ecclesiæ, vel ciuitati hæreditas, vel legatum, vel ei res aliqua donet̃, eut vendatur statim dominium transfertur sine possessionis traditione. C. de sacrosan eccle. l. vt inter diuinum.

h Transfert ꝓprietatem Et possessionem. Et qđ dixi de ꝓprietate, verũ est, si dñs est tradens: alias causam pręstat vsucapiendi, si hæc fiant coram horreo, & hoc pp presentem visionem rei: vt ff. de contrah. emp. l. clauib⁹. & de acq. pos. l. j. §. si vellerim. Et sunt hæc in argu. vt si vendam equum, quẽ tradã per frenũ, vel capistrum, vt dñium transeat. Accus.

ADDITIO. Sunt multi casus, in quibus res nõ apprehenditur. & tñ possessio transfertur Per solum visum: vt ff. de acquir. pos. l. quod meo § si venditorem. Per venditionem rei commodatæ vel depositæ: vt ĩ. eo § interdum. Per traditionẽ clauium, vt hic. Per traditionem instrumenti: vt l. j. C. de do. Per cõductionem de re propria factam, s. qñ quis etiam rẽ suam vult possidere nomine alterius. Vnde versus, Visu, siue rei mutuatæ venditione. Clauibus, & chartis. mes si cõduco scienter: Quãuis nõ aliter det̃, possessio transit. Vide in canonista notata i c. ex litteris. in gl. fi. extra, de cõs. vide ẽt glo. in ver. nuda. §. interdum. ĩ. eo. quæ pro materia alleg. posuit sufficientes.

Hoc

a Et an habẽs instrumentum crediti videat̃ constitutus ꝓcurator, vide Ias. hic.

a Ista gl. nõ est Accursij. immò est additio.

Dñiũ sine traditione acquiritur.

Ista gl. nõ est Accur. cum seq. super verbo clauis sed sunt additiones: ideo caue ne eas alleges ꝓ ordinarijs.

a Die visio nil agit sed traditio clauium, si præsentia horrei, secũ Por. Egid. Per.

Possessio sæpe trãsfert̃ licet res nõ apprehendatur.

Hoc amplius, [a] interdū & in incertā [b] personam collata volūtas dñi transfert rei proprietatē: vt ecce p̄tores & cōsules, cū missilia [c] iactant in vulg⁹, ignorāt, qđ [e] eorū quisq; sit accepturº: & tñ quia volūt qđ q͡sq; acceperit, eius eē, statim eū dñm efficiunt. Qua rõne verius esse vr̃, si rem pro derelicto à dño habitam occupauerit quis: statim eum dominū efficí. Pro derelicto autē habetur, quod dominus ea mente abiecerit. vt id ī numero rerū suarū esse nolit; [d] ideoq́ue statim dominus eius esse definit. [e]

Proiecta in mare tempore tempestatis, vel cadētia de curru alicuius non fiunt occupantis. Aret.

Alia sanè causa [f] est earum, quæ in tempestate leuādæ nauis causa eijciuntur: hæ enim dominorum permanent: quia palam est, eas non eo animo eijci, quòd quis eas hēre nolit, sed quo magis cum ipsa naui maris periculum effugiat. Qua de causa, si quis eas fluctibus [g] expulsas, vel etiā in ipso mari nactus lucrandi animo abstulerit, furtū [h] cōmittit. Nec longè [i] videtur discedere ab ijs, q̄ de rheda [k] currente non intelligentibus [l] dominis cadūt.

[a] Hoc amplius. Scilicet est hic, quam suprà in alio casu: quia suprà semper in personam certam: hic in incertam.

[b] Incertam. Arg. contra J. de leg. §. tutor. Accur.

Missilia vnde dicantur.

[c] Missilia. Sic dicta: quia in populum mittuntur, siue proijciuntur, vt illuc currente multitudine possint p̄tores, vel consules pertransire: vt in coronatione dñi Papæ vidi: vt ff. pro der. l. si id quod §. id quod. & in auth. de consulib. coll. 4. §. spargere autem. ibi. argumētum vetò &c.

Aliàs quid eorum.

[d] Nolit. Verè, vel legis interpretatione: vt in authen. de nup. § & multo potius. colla. 3 & C. de infan. expo. l. fin. & C. de la. li. tol. l. j. §. sed scimus.

[e] Definit. Si abiecit, vl' habere desijt rem immobilem: alioqui possessioné perdere potest, non dominium: vt ff. de acquiren. possess. l. si quis vi §. differentia. & ff. p̄ derelic l. 1 & 2.

ADDITIO Aut stat in possessione, & habet animū habēdi pro derelicto. & non perdit dominium: vt dicta. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acq. possess. Aut exiuit de possessione: & tum etiam perdit dominium, & habetur pro derelicto. & ita tenet gl. secunda secundum vnam opinioné in d. §. differentia. quā ibi sequitur Bar. & doctores. Angel.

[f] Alia sanè causa: Aliàs alia causa, scilicet proijciendi: & ideo aliud ius statuitur. Vide c. excommunicationem. de rap. eatra.

[g] Fluctibus. Idest, vndis.

[h] Furtum. ff. de furt. l. falsus. §. si iactum. contra. Solu. distingue animum proijcientis: quod patet, vt si librum apertum proijciam. secundùm Ioan vt ex hac lege, & illa colligitur: & arg. ff. de dam. infec l. si finita. §. si quis metu. Item quid distat hoc furtum ab illo titulo. ff. de incen. rui. nau. Respon. hoc locum habet quando non in ipso naufragio aliquid quis furatur, ibi in ipso naufragio: ff. de incē. rui. naufr l. j. in fi. & l. ij. & ff. pro derelict. l. j. ij. & iij. Accur.

[i] Nec longè. Nam in aliquo distat, quia hoc sciente, illud ignorante domino fit: vt ff. de acquir. poss. l interdum. §. j.

[k] De rheda. Idest, de curru ducto ab equis.

[l] Non intelligentibus. Idest, non videntibus.

DE REBVS CORPORALIBVS & incorporalibus.

Quia visum est de secunda diuisione rerum, s. quòd quædam sunt publica. & quædam sunt nullius, & quædā singulorū &c sequebatur de tertia diuisione videre. quæ ita se habet, q. rerū quædā corporales, quædā incorporales. de qua diuisione tractaturus intitulauit istum titulum, de rebus corporalibus, & incorporalibus. Porcius. — Cōtinuatio.

TITVLVS II.

DE REBVS † CORPORALIBUS & incorporalibus.

Corporalia tāgi possunt de sui natura: incorporalia verò non: licet in eis contineantur corporalia siue sint seruitutes reales, siue personales. Aret.

Qvædā prętereà [m] res corporales sunt, [n] q̄dam incorporales. Corporales eæ sunt, quæ sui natura [p] tangi possunt: veluti fundus, homo, vestis, aurū, argentum, & denique aliæ res innumerabiles. [q] Incorporabiles autē sunt, quæ tangi non possunt: qualia sunt ea, quæ

Qvędā. Totus iste titulº diuidit̃ in quinque partes. Primo ponit vnam diuisionem rerum. Secundo definit res corporales, & per exempla monstrat. Tertio definit res incorporales, & ēt per exempla demonstrat. Quarto respondet cuidam tacitæ quęstiōi. Quinto prędicta extēdit. Secunda ibi, Corporales sunt. Tertia ibi, Incorporales. Quarta ibi, Nec ad rē. Quinta ibi, Eodē numero. Pone casū per teipsum: q̃a litera satis plana est. — Diuisio.

† De his & qđ veniat appellatiōe rei plenè Mādo. in Glo. Facul. §. accū. in ver. rebus.

† Idest in capita.

† Aliàs & nõ in solidũ. in sẽt dic q idẽ est dicere nec. q & nõ vt per Mãdos. in gl. Facult. § Et taxã, l ver. nec. vers Ex exponemna nec cõicet, idest, & nõ cõacet.

* Aliàs certis.

Cõmodũ sentiẽs sẽ siat onus.

a Quemadmodũ. Quasi dicat, qui in vno honorat, in alio graue tur. ff. de iureiur. l. eum qui. in princ.
b Eam. Scilicet matrem.
c Simul. Scilicet cum matre.
d Sorores. Hoc casu est hodie idẽ quod in seq. §. vt I Auc. de nop §. pe. & §. & quoniã. collat. 4.
e Legitima. Quia sunt sorores ex vtroque parente.
f Cognationis. Quia sunt sanũ ex matre sorores.
g Prospeximus. In successione.
h Consulere. Scilicet in tutore petendo. Accursius.

ADDITIO. Es dic petẽdo, s. in tra annũ, vt hic. Et istam opi. dicit Angel. esse communẽ: & eam tenens tanquam magis æquã per l. sciant. C. de legi hære quamuis Bart. ibi & doct. velint quòd teneatur petere statim eũ po test. nisi fuerit ipedita legitima causa. ita quod annũ non transcendat.

i Sciturus eis. Scilicet matrib. negligentibus. aliàs non perdunt: vt C. qui pet tut. l. cũ à ma tribus, & maioribꝰ. aliàs similiter non perdunt: vt C. si aduer. delic. l. 1. † Ac.

† Et suffi cit eã esse minorẽ tẽ pore mor tis mariti suã si postea ma ior facta intra annũ nõ pe uerit. Angel.

K Impuberum. Aliud si pubes es moriantur. vt C eod. l. matres.
l Vulgo quæsitus. Nisi mater sit illustris. Sic econtra talis filius illustri ma tri non succedit: vt C. ad Orfic. l. si qua illustris.

ADDITIO. Idẽ si esset natus ex dãnato coitu: secus si ex cõcubina etiã illustri, vt per Ang. hic.

quẽadmodũ [a] eã [b] toti alij ordini legitimo præposuimus, ita oẽs fratres, & sorores, siue legitimi sint, siue nõ, ad capiẽdas hrẽditates simul [c] vocemus. ita tñ vt si qdẽ solę so rores [d] adgnatæ, vel cognatę, & mr defuncti, vel defunctę supsint: dimidiã qdẽ mr, alterã verò dimidiã partẽ oẽs sorores habeãt. Si verò matre supstite, & fratre vel fratrib. sororibus, vel ẽt cũ sororib. siue legitima, [e] siue sola cognationis [f] iura hñtibꝰ, intestatus qs, vel intestata moriatur: in capita distribuatur eius hereditas.

Quæ filio suo impuberi intra anni spatium tutorem petere neglexerit, ab eius successione (si intra pubertatem decesserit) prorsus fit aliena.

Sed quemadmodũ nos matribus prospeximus, [g] ita eas oportet suæ soboli consulere: [h] scituris eis, [i] qꝰ si tutores liberis non petierint: vel in locum remoti, aut excusæ ti intra annum petere neglexerint: ab eorũ impuberũ [k] moriẽtiũ successione meritò repellẽtur.

Filio non tantum legitimo, sed etiam vulgo quæsito mater succedit.

Licet aũt vulgo qsitus [l] sit filius, filiave: pòt tñ ad bona eius mater ex Tertylliano senatusconsulto admitti.

DE SENATVSconsulto Orficiano.

Chisimuatio.

Visum est tit. supe riori qualiter mater succedat filijs per senatuscon. Terty. videamus nunc qualiter filij succedunt matri quod fit per senatusconsultum Orficianum.

Diuisio.

P Er contrarium. Totus iste ti diuiditur in quatuor partes: Primo ponit qualiter filij ad hæreditatem matris, & nepotes ad hæreditatem auiæ admittantur. Secundo nunquid capitis diminutione tale ius succedẽdi tollatur. Tertio, qui sunt illi filij, qui ad hæreditatem matris admittuntur. Quarto subnectit nouum casum ad materiam ab intestato. Secunda ibi, Sciendũ est. Tertia ibi, nouissimè. Quarta ibi, Si ex plurib.

TITVLVS IIII.

DE SENATVSCONsulto Orficiano.

Filius, et nepos veniũt ad hæreditatẽ matris, & auiæ ab intestato ex senatuscõsulto Orficiano. Ar.

P Er contrarium [m] aũt liberi [n] ad bona matrũ [o] intestatarum admittuntur ex senatusconsulto † Orficiano, qđ Orficio, & Ruffo consulibus factum est, diui Marci tẽporibus: & data est, tam filio, quã filiæ legitima [p] hæreditas, etiã si alieno iuri subiecti sint, & præferuntur [q] cõsanguineis, [r] & agnatis defunctæ matris. Sed cũ ex hoc senatuscõsulto nepotes, & neptes ad auiæ successionẽ legitimo iure nõ vocarentur, postea hoc constitutionib. [s] principalibus emẽdatũ est: vt ad similitudinem filiorum, filiarumq;, & nepotes, [t] & neptes vocentur.

Successio ex Tertylliano, vel Orficiano nõn tollitur minima capitis diminutione.

Sciẽdũ ãt ẽ, hmõi successiões, q̃ ex Tertylliano, & Orficiano senatuscõsultis deferũt, capitis deminutiõe [u] nõ perimi, pp illã regulã, [x] † qua nouę hrẽditates lrĩæ capitis deminutione nõ pereũt: sed illę solę, [y] q̃ ex lege

m Per contrariũ. i. Ecõtrario. nam s. tit. t. tractatum est qualiter mater filio succedit: nũc dicit econtra. Vnde versus: Matri succedes ò nate per Orficianum. Innidiã portat econtra Tertyllianum. Accur.
n Liberi. Strictè ponitur p filijs vt hic: vt j. eo. §. j. vers. sed cum alias contra: vt ff. de verb. sign. l. liberorum.
o Matrum. Ingenuarum vel libertinarum: vt ff. eo. l. j. j. respon. imò & ancillarum, dũmodo sit sibi facta mora l fideicomm. libertate præstandæ: vt C. eo. l. finali.
p Legitima. Non quia lege xij. tab. da ret, imò denegabatur: vt s. ti. j. in pri. sed senatuscõs. dat, quod vicẽ legis obtinet: vt j. de exce. §. hæc exempli cã.
q Et præferuntur. licet filij.
r Consanguineis. Idẽ, cognatis. Accu.

ADDITIO. Alibi exponit consanguineis, idest, fratribus: vt l. j. C. e. tit. & illa communi ter tenetur. Ang.

s Constitutionibꝰ. Quos non habemꝰ.
t Nepotes. Idẽ in alijs descendentib. ea hac linea dicam. Sed quid si nepos iste fuit conceptus post mortem auiæ? Rñ. non sic: vt s. de hæred. quæ ab intesta. §. cum autem dicimus.
u Capitis diminutione. Scilicet minima. nam per aliã omne ius etiam cognationis tollitur: vt s. de cap. di. §. quod autem.
x Regulam. Cuius tenor est hic, & ff. de cap. dimi. l. tutelas. primo responso.
y Sed illæ solæ. ff vnde lib. l. fi. In fi. cõtra. Sol. Hic dicit solæ, vt excludat eas tantum, quæ ex senatuscõ sulto

a An aũt in correla tiuis seruet æqualitas: vid Bartol. in l. ij C. de eu. ex in. li. xj. Angel.

† De quo &tiẽ ibi sit in ea firmatio. ne, quorque idẽ vt compe tat requi rant, vide apud Ro. eod. titu. in lib. vij. parte.

† Idest q̃ ex nouis legib. dantur: vt ex senatusc. Terty. & Orfi. & l. tutelas. s ff. de c. dim. Egi. ter. Hereditas p capitis diminutionẽ minimã quã doq; perdi tur quan doq; nõ.

duodecim tabularum [a] deferuntur. [b]

Etiam filius vulgò quæsitus ad hereditatem matris admittitur.

Nouissimè sciẽdũ ẽ, ẽtil los liberos, q vulgo [c] q̃si ti sũt, ad mr̃is hr̃ditatẽ [d] ex hoc sen. cõs. admitti. [e]

Quot res plurib. legitimis hæredibus delata est hereditas non adeuntium portio adeuntibus adcrescit, quod adcrescendi ius ad heredes quoq; transfertur.

Si ex pluribus [f] legitimis hr̃dibus quidã omiserint hr̃ditatẽ: vel morte, vel alia cã [g] impediti fuerint quò minus adeãt, reliqs q adierit, [h] adcrescit [i] illorũ portio, & licet antè decesserit, [k] ad hr̃des tñ eorũ ptinet. [l]

TITVLVS V.

DE SVCCESSIONE cognatorum.

Ubi defuncto neque suus heres, neq; agnatus superest, tunc proximiores cognatos, idest per fœminas oriũdos, ad successionem vocat prætor, in quorum numero sunt emancipati agnati, solis tamen fratre, & sorore demptis.

Post suos [m] hæredes, eosque, quos inter suos hæredes prętor [n] & cõstitutiones [o] vocãt, & post † legitimos, quo numero sunt adgnati, [p] & ij, [q] quos in locũ agnatorũ, tã supra dicta senatusconsulta, [r] quã nr̃a erexit cõstitutio, [s] proximos [t] cognatos ptor vocat, qua parte naturalis cognatio † [u] spectatur. Nã agnati capite deminuti, quiq; [x] ex his progeniti sunt, ex lege duodecim tabularum inter legitimos nõ habentur, [y] sed à prætore tertio

sulto deferuntur, non prætorias successiones, vt ibi.

a Ex lege duodecim tabularũ. Sic ff. e. ad senatusc. Tert. & Orfi. l. j. §. capitis. sic ff. de suis & le. l. capitis.

b Deferuntur. Quare magis lege xij. tabularum data hæreditas perditur per capitis diminutionẽ minimam, quam senatusconsulto delata? Respon. quia illa agnatis defert quæ agnatio per capitis diminutionem minimã tollitur: at senatusc. filio, qui matri est cognatus: & cognatio non tollitur per capitis diminutionem minimã: vt s. de leg. agna. tut. §. i.

c Vulgò quæsiti. Quia nõ habẽt certum patrem: vt s. de nup. §. si aduersus. multo magis in naturali tantum: vt C. eod. l penul.

d Hæreditatem. Scilicet vna cum legitimis, nisi erat mater illustris. tunc enim cũ legitimis ab intestato nõ venit, secus in naturalib. ex lic. ta consuetudine procreatis: vt C. eod. l. penul.

e Admitti. Nunquid hodie succedit vulgò quæsitus? Videtur quòd non: vt in Auth. quib. mod. nat. effi. sui. §. vlti. Sed tamẽ distingue, aut ex tali coitu, qui possit damnari, vt incest^9, adulterij nefarij. & similis: quo casu non succedit, cũ ob hoc ipsum damnãd^9 est: vt in dicta authen. & ff. solu. mat. l. si ab hostibus. aut nõ: & tunc succedit matri, vt hic: non patri, cum sit incertus. nam & si habet certũ patrem naturalem, nõ tamen succedit ei, nisi in duabus vncijs ab intestato, non extantibus legitimis, alias in nihilum: vt in Auth. quib. mod. nat. effi. sui. §. decreuis. col. vij.

f Si ex pluribus. Iste §. est cõmunis ad omnes titulos, quos in hoc tertio libro habuimus, non tantum ad hunc titu. & de iure accrescendi inter legitimos tantum tractat: vt hic, & ff. eo. l. j. §. si nemo. & C. de cadu. tollen. § his ita. Idem enim est in his, qui de iure prætorio succedunt. vt ff. de bonor. possess. l. j. in fin. & l. 4 & v.

ADDITIO. Nota, quòd iste §. est lex. ff. de suis & legitim. hæred. & incipit. Si ex pluribus.

g Alia causa. Vt si defecerit conditio sub qua instituti erant. vt s. quib. mod. test. infir. § posterior.

h Adierint. Sic ff. de leg. ij l. cum pater. §. libertis. ibi. Cæterum prout.

i Accrescit. Sed pro qua parte? Respond. prout erãt instituti: vt C. de cadu. tol. § his ita & s. de vulg. substit. § j. Itẽ nunquid est necesse iterum adire? Respon. non nisi quãdo ex alterius persona. puta serui, fiat mihi augmentum: vt ff. de acqui. hęred. l. si sui^9. in j. respon. & in fine legis.

k Ante decesserint. Quã accresceret eis. Vel dic ante, quã illi repudiarent, vel ante quã adirẽt illorũ portionem. non autem ante, quã suam partem adirẽt: imò adiuerant, vt sequitur. aliàs non transmitterẽt olim, vel hodie: vt C. de cadu. tol. §. i nouissimo. nisi in personis liberorũ, vt C. de his, qui ante apert. tab.

ADDITIO. Hoc verũ, nisi in hæreditate ascendentium ex vtraque linea. nõ in hęreditate transuersalium, vel extraneorum: quia non adita per liberos ad posteritatem non transmittitur. Sous transmittit ad quoscunque, etiam extraneos. dic vt per Angel. hic.

l Pertinet. Scilicet, augmentũ supradictum. vel portio illorum.

DE SVCCESSIONE cognatorum.

Continuatur per ipsum tex. i prin. ad præcedentia. Vel sic & clarius. Quia supra de successione suorum & agnatorum dictum est: & quia post illos vocantur cognati: ideo sequitur de successione cognatorum.

Post suos. Iste ti. diuiditur in tres partes. Primo, quando cognati admittantur, & quo iure. Secundo, qui sunt cognati. Tertio vsque ad quintum gradum cognati & agnati admittuntur. Secunda ibi. Qua parte. Tertia ibi, Hoc loco.

m Suos. Vt s. de hæred. q̃ ab intest. §. j. & j. de serui cogn. § j.

n Prætor. Vt j. de hære. q̃ ab intest. §. emancipati.

o Constitutiones. Vt s. de hære. quæ ab intes. §. quibus. versic. nec non §. & item vetustas, versi. diui.

p Agnati. Vt s. de legi. agn. suc. in prin.

q Et ij. Scilicet qui sunt de numero legitimorum.

r Senatusconsulta. Vt s. proximis duobus titulis.

s Constitutio. Vt s de leg. ag. succ. §. hoc etiam.

t Proximos. Scilicet quos nemo cognatus antecedit, vel præcedit. siue vnus sit, siue plures. & inspicitur quis proximior sit eo tempore quo bonorũ possessio defertur: vt ff eod. vnde cognati. l. prima. §. proximus. & § gradatim.

u Cognatio. Nunquid ergo inter seruos datur hæc bonorum possessio? Respond. etiã si fiat postea liber nõ datur: vt ff. eo. vnde cog. l. j. §. pertinet, & l. is qui. Sed nunquid adoptiuis: q a nõ videtur ibi naturalis causa? Respõ. sic. quia quibus agnascitur, & cognascitur. vt ff. eo. vnde cog. l. j. §. cognationem. Accursius.

ADDITIO Sed hoc nõ obtinet iure nouo. Vide s. de hær. quæ ab intest. §. at ij, qui. ver. post mortẽ. l fi.

x Quique. Breue debet esse illud, que.

y Non habentur. Vt s. ti. j. §. secundum.

† De æquitate tñ canonica, à parẽtibus sunt alẽdi. c. cum haberet. de eo qui dux. i mat. quã pol. p adulter. ex quo inferũt doctores pater pro rem... ... statis p dote & ali mẽtis. sed vltra in francẽ n relinquat. s. m Ange.

Dic q, i hr̃ditate pars defi cẽts accrescit etiam inuitis. Fallit primo si iure speciali deficiat. itẽ in ope exceptionis. itẽ si iure di uerso succedat. itẽ si pluribus partibus prouenientibus ex plurib. hęreditatib. & ex eodẽ testamẽto s. m Ange.

† In scripis exemplaribus legitur, & licet ante decesserint, quã adierint ad &c.

† Legitimos. i. agnatos. Cõtinuatio.

Aliàs quorum.

† Cognatio est de iure naturali. ideo capitis diminutiõe non tollitur. s. de cap. dimi. §. quod autem. s. m Petr. Dausho.

Tertio

ordine [a] vocant: exceptis [b] solis tãtummodo fratre, & sorora emãcipatis, si ẽt liberis eorũ, quos [c] lex Anastasiana [d] cũ fratrib. integri iuris [e] cõstitutis, vocat q̃dẽ ad legitimã fratris hr̃ditatẽ, siue sororis: nõ ęq̃s tñ partib⁹, sed cũ aliqua deminutione: [f] quã facile est ex ipsius cõstitutiõis verbis colligere. Alijs verò adgnatis inferioris gradus, licet capitis diminutionẽ passi si sunt: tñ anteponit eos [g] & ꝓcul dubio cognatis. [h]

Transuersales per lineã fœmininam, & liberi in alterius familia adoptiua existentes vocantur ex isto ordine. Aret.

Eos ẽt, [i] q̃ p fœminini sexus ꝑsonas ex transuerso cognatiõe iũgunt, tertio gradu [k] ꝓximitatis noĩe ꝑtor ad successionẽ vocat. Liberi [l] quoq;, q̃ in adoptiua familia sũt, ad naturalium parentum hæreditatem hoc eodem gradu [m] vocantur.

Vulgò quæsitus nõ habet agnationem, sed cognationem: ideo succedit matri, et alijs ex sua linea descẽdentibus isto ordine. Are.

Vulgò q̃sitos nullos habere adgnatos, manifestũ est. cũ adgnatio à p̃re sit, cognatio a matre. hi aũt nullũ patrẽ hẽre intelligunt. Eadẽ rõne ne ĩter se q̃dẽ p̃nt videri cõsanguinei esse: q̃a cõsanguinitatis ius sp̃es ẽ [n] adgnationis. Tm ergo cognati sũt sibi, [o] sicut & m̃ri cognati sunt. ĩtaq; oĩbus [p] istis ex ea p̃te cõpetit bonorũ possessio, qua ꝓximitatis noĩe cognati vocãt.

Agnati ad decimũ vsq; gradum, cognati verò in sextũ, ad hæreditates ex intestato admittuntur.

Hoc loco [q] & illud necessariò admonẽdi sum⁹, adgnationis q̃dẽ iure admitti aliquẽ ad hr̃ditatẽ, & si decimo gradu sit, siue de lege xij. tabula. q̃ramus, siue de edicto, quo p̃tor legitimis [r] hr̃dibus daturũ se bonorũ possessionẽ pollicet. Proximitatis [s] verò noĩe ijs solis p̃tor [t] bonorũ possessionẽ ꝓmittit, q̃ vsq; ad sextũ [u] gradũ cognatiõis sũt, & ex septio [x] sobrino, sobrinaq; nato, natæve. [y]

TITVLVS VI.

DE GRADIBVS † cognationum.

Quò huiusce tituli perfectã notitiã, veramq; graduum cognitionẽ intus, et in cute oculari quadã inspectione assequaris, ad cuiusdã arboris figurã, quæ non ab re hic inseritur, accurrito. Ad hæc si, quid sit cognatio, quid gradus, quid linea, quid affinitas, ac plurium deniq; vocũ significationes scire concupiscas, amplissimus de grad. affinitatis tractatus ex Pandect. xxxviij. lib. decerptus, omnia egregiè tibi suppeditabit.

Hoc loco ne-

a Tertio ordine. Nam sunt quatuor ordines succedendi: vt ff. si tabu. testa. nul. extab. l. 1.

b Exceptis. Nam isti inter legitimos numerantur.

c Quos. s. fratres emancipatos & sorores. Accur.

d Lex Anastasiana. Quã non habemus, sed de ea habetur mentio C. de legi. tut. l. 4. & de legi. hæred. l. si §. 1. Accursius.

e Integri iuris. Id est non emãcipatis.

f Diminutione. Tertiæ patris fortè.

g Eos. s. fratres emãcipatos. Accur.

h Cognatis. Scilicet anteponit: & sic vocant cum fratribus, & agnatis, & cognatis vlterioribus præferuntur.

i Eos etiam. Non solum agnatos capite minutos: vt supra &c.

k Tertio gradu Scilicet cognationis.

l Liberi. Vt j. de hę red. quæ ab intest. § admonendi.

ADDITIO. Dic, hodie immutatum est: vt habetur C. de adop l. penult. Ang.

m Eodem gradu. Scilicet tertio, puta cognationis.

n Species est. Nam agnatio genus est. Consanguinitas est illa, quæ inter fratres tm est, vt ff. de suis & legit. l. ij. primo respon. & supra de legit. agnat. successio. §. 1.

o Cognati sunt sibi. Sic ff. eodem, l. si spurius.

p Itaque omnibus. Inter se & cum matre: vt ff. vnde cogn. l. hac parte.

q Hoc loco. Iste §. communis est ad totũ istum titulum, & illum. j. de legit. agna succes. sic j. titu j. §. fina.

r Ligitimis. Scilicet agnatis.

s Proximitatis. Id est, cognationis.

t Prætor. cautè taces hic de iure ciuili. nã cognati de iure ciuili non vocantur. Accursius.

u Vsq; ad sextum Imò videtur, q̃ vsque ad quintum tantum vocent tam agnati, quam cognati: vt ff de vetera mili. suc. l. ij. §. fi. Sed respon. illa etiam in castrẽsibus loquitur, hæc in alijs. Vel dic, q̃ ibi ita erat de facto, s. quidam in quinto gradu: & ita factum narrat.

ADDITIO. [*] Dic, q̃ prima solutio ꝓbat, & obstat in duobus, quo ad agnatos, & cognatos: sed ibi speciale: q̃a ius priuilegiatũ, quod nõ trãsit sicut ius commune Ang.

x Ex septimo. Subaudi, qui sunt.

y Natæue. Sed nũquid sunt alij in septimo gradu? Resp. multi & alij eẽ possunt: vt colligit j. ti 1. § vj. Item & quare magis hi vocantur, quã alij in septimo gradu? Rñd. quia hi respiciunt inferi⁹ li neã trãsuersalẽ, alij oẽs superius: vt arg. ff. vñ liberi. l. scrip tn. in fi. Sed nũquid corrigitur hodie distinctio huius § per Authent. de hæredi. ab intest. §. 1. col. ix. vbi nulla inter agnatos & cognatos differentia fit? P. dicit omnes in infinitũ succedere, & sic corrigi quod hic dicit. Nos oẽs vsque ad x. gradum vocamus: non autem trahim⁹ agnatos ad cognatos, cum extendere successionem debeamus: idest velimus vt j. de bo pol. §. adhuc. arg. ff. de pa. cõ. l. lege. [1] & in Authen de nup § dein cept. colla. 4.

ADDITIO. Qđ dictum est, patet in authen. in suc. C. de suis & legi.

[*] Hic colligi p̃t ex verbis gl. q̃ non liceat ducere arg. ab enũciatiõnis verbis legis, qđ sæpe accidit, vt hi l. ex his. C. de testa. mil. Cognati & agnati pariter succedũt hodie vsque ad decimum gradum. [1] Sol. ibi maior ꝑ a hic ad minore quia ꝯstat partes in hoc tñ ꝯuenisse ad hoc factũ ꝯtrac d mẽte legis successionẽ ampliare volẽs. Præterea cum text. hodie voces cognatos & agnatos ꝯstat eos eẽ sers legitimos & vt legitimos succedere vsque ad decimũ gradũ, vt hic, arg. j. e. in pri. Ang.

DE GRADIBVS cognationum.

Quoniam in succedendo admittitur qui est proximior in gradu: vt cõprehendatur quoto gradu quis sit, ponitur iste tit.

[†] Similis tit. ẽ ff. de grad affi. Continuatio.

Hoc loco. Iste titulus diuiditur in plures partes. Primo continuat materiam. Secundo, incipit dinumerare gradus. Tertio dat vnam regulam gñalem in gradibus ad cognatos. Quarto ponit, quomodo numerentur gradus agnatorũ. Secunda ibi, quare in. Tertia ibi, hactenus. Quarta ibi, Agnationis.

Diuisio.

Necessa-

Consanguinitas species agnationis. Consanguinitas est inter fratres.

Proximitas.

mitini, & amitinæ filius, filia: a propius sobrino b propius sobrina: † hi sunt c patrui magni, amitæ magnæ, auúculi magni, materteræ magnæ filius, filia.

Tritauus, & aliæ personæ hic enumeratæ sunt in sexto gradu.

Sexto gradu supra tritauus, tritauia: infra trinepos, trineptis: ex trãsuerso fratris, sororisq; abnepos, abneptis, & cõueniẽter abpatruus, abamita, idest, abaui frater, & soror, abauunculus, abmatertera, idest, abauiæ frater, & soror. Item propatrui, proamitæ, proauunculi, promaterteræ filius, filia. (Itẽ propioris sobrini, sobrinæve fili' filia. †) Item sobrini sobrinæq;, i. qui quęve ex fratribus vel sororibus patruelibus vel consobrinis, vel amitinis progenerantur.

Vnica persona adiecta alteri personæ per carnis propagationem: facit gradum, tam in cognatis, quàm in agnatis. Aret.

Hactenus ondisse sufficiat, queadmodum gradus cognationis numerẽtur. Nanq; ex his palã est intelligere, quemadmodum vlteriores quoque gradus numerare debeamus: quippe semper generata d persona gradũ adijcit: e vt longe facilius f sit respõdere, quoto quisque gradu g sit, quàm propria cognationis appellatione quemquam denotare.

In gradibus agnationis, & cognationis similis est computatio. Et quia facilius ostenditur res ad oculum corporalẽ, quàm intellectualem, ideo necessariũ est hic arborem consanguinitatis inscribi. Aret.

Adgnationis quoque gradus eodem modo h numerantur. Sed cũ magis veritas occulata fide, quàm per aures i animis hominum infigatur: ideo necessariũ duximus post enarrationẽ graduũ, eos ẽt præsenti libro inscribi: quatenus possint & auribus, & oculorũ inspectione adolescẽtes ꝑfectissimam graduum doctrinam adipisci. † k

l. iurisconsult'. §. patruus. & C. de successo edict. l. j. Sed Ro. con.

a Filius, filia. Isti nominatiui regunt superiores genitiuos ab illo vers. item fratris &c. Et sunt omnes isti in quarto gradu lineæ collateralis respectu descendentium.

b Propius sobrino. Quasi dicat, qui filius dicitur ꝓpius sobrino, & filia quæ dicitur ꝓpior sobrina.

ADDITIO. vel dic, & fortè melius, sensum textualem esse q ꝓpior sobrinus, & propior sobrina sunt in quinto gradu. Et qui sint tales, declarat textus subiungens. Hi sunt patrui & cætera. Est enim propior sobrinus filius patrui magni, vel amitæ magnæ, & idem dicas de propiore sobrina, quòd scilicet sit filia & cætera. vt clarè patet in arbore. Qui aliter intelligeret, arborẽ corrumperet.

c Hi sunt Subaudi in quinto gradu: lineæ collateraliũ ex parte ascendentiũ. scilicet filius patrui mei magni, & similium, de quibus dicitur hic & ff. eo. l. j. in fi. & l. ij.

d Generata quæq; &c. Hoc est verum, si vna ab vna nõ si plures ab vna: vt ff. eo. l. iurisconsultus. §. trãseamus. & hoc est verum ex omni ordine graduum secundũ nos. l Sed secũdum canones ex latere transuerso aliud est. nam quem nos dicimus in secundo, ipsi dicũt in primo quem nos in quarto: ipsi in secundo, & sic de singulis, vt l Decret. xxxv. q. v. cap. ij. Sed fuit eorum consideratio bona ꝓp matrimonia: l nostra etiam bona ꝓp hæreditates quę per gradus deferuntur: vt j. de bonorum possessio §. quos autem. ff. eodem, lege iurisconsultus. in principio.

ADDITIO. Item in statutis, & pactis, vbi de pacto non agit. ẜm Ang. hic no. hanc glo. quæ allegat quotidie. q in concernentibus peccatum præualet ius canonicum etiam in terris imperij, & ecõtra in non concernentibus peccatũ. præualet ius ciuile ẽt in terris ecclesię. vt per Ang. hic.

e Adijcit. Hic potest colligi definitio gradus, vt dicatur, Gradus est numeratio singularum personarũ cognatione, vel affinitate sibi coniunctarum, quoto gradu vna persona distat ab altera optime indicans. Dictus quasi lapideus gradus: vt ff. eodem, lege iurisconsultus. Accursius.

ADDITIO. Gradus secundum doct aliter diffinit. Gradus est distantia vnius personę ab alia in linea consanguinitatis. Vel est habitudo distãtiũ personarum qua cognoscitur quota agnationis, vel cognationis, seu affinitatis distantia.

f Longè facilius. Fit propter duas rationes: & quia vltra trinepotem, vel tritauũ vocabula non inueniuntur specialia sed superiores, & inferiores vocantur vt ff. eodem. l. fina. §. parentes. & hoc, quia sunt plura negotia, quam vocabula: vt ff. de præscrip. verb. l. iiij. Sed vsque ad quem numeramus? Respon. vsque ad vij cognatorum. & vsque ad x agnatorum: vt ff. eod. l. non facilè. & supra titul. j. §. fin. nisi ratione demonstrandi vellemus vlterius numerare, nõ vulgaris: licet decretistæ hic aliter dicant.

ADDITIO. No. q decretistæ ꝯtrium dicunt solum in collaterali linea, non autem in directa, vt supra dixi. Si vis ergo scire de duobus agnatis quoto gradu distant de iure ciuili: incipe ab vno. & computa ab illo descendendo ad personã mediam ex qua omnes descendũt & postea descende ab illa vsque ad aliam, quam vis cõputare: & apparebit quoto gradu sit. Sed de iure canonico incipias à persona, ex qua descẽdũt personæ de quarum gradu agitur. Verbi gratia. vis scire quoto gradu sunt filij duorum fratrum de iure canonico? incipe ab auo, & fac vnum gradum ad filium, & de filio ad nepotem ex alio fratre. q similiter est in secundo gradu. vnde quoto gradu quilibet distat à stipite, tali gradu sunt inter se: remotior autem addit gradum, vt in c. p. ad sedẽ, xxx. quæstione prima. Ang.

g Quoto gradu. Scilicet octano, vel decimo.

h Eodem modo scilicet adiecta persona.

i Per aures. Vnde Horatius in arte poetica. Segnius irritant animos demissa per aures. Quã q sunt oculis subiecta fidelib. Certior autẽ arbiter est oculus: & vt ait Candaules in Herodoto, magis incredulæ sunt hominibus aures, quam oculi. Egi. Per.

k Adipisci. Vnde quidam habent hic Arborem. Accur.

ADDITIO. Et in rei veritate debet esse cum tex. & gl. illam sequitur.

† Propi' sobrino qs dicat, q ite dicãtur sobrini, eleganter ac diffusè tractat Ant. Aug emẽdat. li. ij. c. v. Sunt aũt Sobrini, qui ex duob. cõsobrinis nascunt. Porro ꝓsobrini mei fil js ego ꝓpius sobrinus sũ, quasi vno gradu ꝓpior quã sobrinus. Aliàs propior sobrinus ꝑ ꝓpior sobrina.

† Hæc, q parẽthesi inclusa sunt reijcienda eẽ aliquã notha & adulterina esset Anto. Augu. eo ipso loco, quem mõ citauim' quę nec in necustis exẽpla. habẽtur. Debuisse autẽ ait Iustinianũ consobrinos cũ nepotib. sexto gradu ennumerare.

† Et sic s directa linea ascendentium nõ est differentia:

quæ vtroq; iure si personæ de q̃b. agit. distant inæqualiter: toto gradu distat remotior.

a Ipsi. n. incipiũt à ꝑsona ex qua descẽdũt illi de quorũ gradu agit. Sed de iure ciuili incipim' ab vno ex istis de q bus agit, extẽdẽdo ad stipitẽ, & ab eo iterum descẽdendo ad aliũ & quoto gradu distat remotior, toto gradu distãt inter se. vt hic ꝑ co- cto.

† Debemus dare doctrinã ꝑ modũ magis facilem. Egi. Per.

COGNATIONIS SPIRITVAlis, studiosissimis quibuscunque, præsertim ecclesiasticis, apta, & vtilis materia.

CHRISTOPHORVS Porcius, iuris vtriusque professor acutissimus, quia difficultates aliquas circa cognationis spiritualis materiam hic luculenter tractauit: eius mentem verbis non mutatis referre non erit absonum, neque à proposito alienum. quæ verba talia sunt.

Quæritur, an ratione cognationis spiritualis matrimonium impediatur? Circa quem articulum dicite breuiter, quod inter compatrem, & commatrem impeditur matrimonium: ac etiam inter patrem spiritualem, & filiam susceptam ex sacro fonte, & hoc si ista cognatio spiritualis fuerit causata siue per sanctum baptisma, siue per sanctum chrisma. 30. quæst. 4. cap. si quis vnus.

Addite prædictis, quòd si maritus, & vxor tenuerint aliquem, vel aliquã ad baptismũ, vel chrisma, quilibet eorum efficitur compater, vel commater. d. ca. si quis vnus. & hoc verum, quando tempore cognationis spiritualis contractæ constabat inter eos matrimonium: secus si ex post facto fuerit cõtractum. ca. Martinus Bertam. extra, de cogna. spiritu. cum sua gl. E contra autem si tenueris ad sacrum chrisma, vel sanctum baptisma filium, vel filiam meam ex alia muliere, quàm vxore, non efficitur tibi commater. c. qui spiritualem. 30. qõ. 4. Ratio, quia in contrahenda cognatione spirituali maritus, & vxor copulãt sibi actiones, & non passiones. Quod igitur agit vnus coniugum, intelligitur alius agere: quia sunt duo in carne vna d. c. siquis. in fi.

Sed quid si fornicator teneat aliquem ad sacrum baptisma, an concubina efficiatur commater? Videtur ꝙ sic. Nam sicut vxor hoc casu ideo efficitur commater: quia est eadem caro cum marito d. c. siquis vnus. ita de concubina: quia qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur cum ea. 32. q. 4. ca. in eo. Alij ibi tenuerunt contrarium, quorum sententia magis placet: quia absurdè dictum videretur, ꝙ spiritualitas super re improbata causaretur: ex vtraque scriptura, & hominũ opinione. Non obstat, ꝙ concubina & fornicator dicãtur duo in carne vna: quia illa verba exponuntur, idest, duo conueniunt in eodem opere carnali. & ita exponit gloss. in d. cap. in eo. Sed an vxore mea mortua potero mihi copulare eam, quæ fuit sibi commater ante matrimonium? Dicite quòd sic capit. post vxoris obitum. 30. quæst. 4. Sed quid de filijs duorum compatrum: an poterunt simul matrimonio copulari? Dicite quòd sic, siue nati fuerint ante compaternitatem, siue post, dummodo matrimonium non contrahatur cum eo, vel cum ea, per quorum alterum deuentum fuit ad compaternitatem. ca pitu. 1. & capit. super eo. extra. de cogna. spiritu. Christophor. Porcius iuris vtriusque doctor acutissimus.

Nota pro ampliori & faciliori intelligentia huius materiæ, quòd cognatio spiritualis, quæ impedit matrimonium contrahendum, & dirimit post contractum, oritur ex datione duorum sacramentorum duntaxat: quæ sunt baptismus, & confirmatio: non autem ex aliorum datione, seu ministratione. patet in ca. fi. de cogna. spirit. lib. 6. Ratio est, quia in baptismo renascitur: & chrismatio frontis ipsum confirmat: quod non est in alijs sacramentis. Io. And. in d. c. fi.

Nota alterius, ꝙ ex hac cognatione 20. sunt casus prohibiti, scilicet 10. ratione baptismi, & 10. ratione confirmationis, ratione enim baptismi contrahitur cognatio spiritualis impediens, & dirimens, vt dictum est.

Primò inter has personas.

Baptizatum, & baptizantem.
Baptizatum, & vxorem baptizantis prius cognitam:
Baptizatum, & filios baptizantis.
Parentes baptizati, & baptizantem:
Parentes baptizati, & vxorem baptizantis prius cognitam.

Secundò inter has personas, videlicet inter.

Baptizatum, & suscipientem:
Baptizatum, & vxorem suscipientis prius cognitam:
Baptizatum, & filios suscipientis:
Parentes baptizati, & vxorem suscipientis prius cognitam.

Ecce decem casus prohibiti ratione baptismi. Totidem in confirmatione reperies, in qua sunt, confirmatus, confirmans, & tenens ante confirmationem, qui scilicet ponit fasciolam supra frontem post confirmationem episcopalem. De hac vide

tex.

tex.cum glo.in c.j.de cogn.spir.lib.6.ista clarissimè referantur per carmina sequentia.

Spiritualis ab his cognatio fit sacramentis,
Quæ sunt: baptismus: ac confirmatio frôtis.
Personasq; decem connectit quodlibet horum.
Baptizans, huius vxor si cognita primo,
Ac eius nati sunt abluto sociati;
Cum consorte thori, baptizans atque parentes
Fonte sacro loti, sunt tali fune ligati,
Baptizans, & suscipiens hic æquiparantur.
In confirmato totidem reperire licebit.

HAEC NOTA DILIGENTER: quia singularia sunt, & plurimum vtilia: nec est plures casus reperire, qui mrimonium dirimant.

Quæritur ad propositum materiæ præsentis de qstione quotidiana, & apud vulgares satis dubia. Pone quòd duo, vel plures tenent aliquem in baptismo, nunquid isti inter se efficiuntur compatres? Innocentius (& bene) dicit ꝙ non, vnde possunt adinuicem contrahere matrimonium. Nam quemadmodum compatres carnales, vt concubinarius, & concubina non prohibentur matrimonium contrahere: vt in c.tanta extra. qui filij sint legi.ita & isti qui sunt compatres spirituales respectu baptizati, non debent prohiberi contrahere matrimonium. Et pro hoc facit tex.& ibi glo. in ca.fi.30.quæst.4.vbi dicitur ꝙ maritus, & vxor non debent aliquem simul de sacro fonte leuare, ne infamentur de facto. nam vulgares existimant illos esse compatres. Hæc sunt verba Abba.Sicul.in c. Martinus. extra de cogna.spiritua.De hoc in summula pauperum.

Vnde versus.
Masculus & mulier puerum de fonte leuantes
Legitimè iungi poterunt; nec sunt prohibendi.

Quæritur vlterius: Pone, quod tenui aliquam puellam in baptismo: volo contrahere cum eius sorore, an possim? Dicendum quòd sic. pater enim spiritualis bene tenet matrimonium 30.q.3.c.vlti.

Vnde versus.
Duco mea nata germanam spiritualis.

Quæritur insuper: Pone, quòd filius meus tenuit in sacris fontibus filiam, volo cum illa filia postquam ad annos nubiles peruenit contrahere: an liceat? Dic quòd sic. Potest enim pater sumere filiam spiritualem filij sui carnalis: quia licet cognatio spiritualis de patre ad filios descendat: vt c.1.& c.super eo.extra, de cogna.spiri.non tamē ascendit de filijs ad patrem, cùm iure cautū non reperiatur: & edictum de matrimonio prohibitorium est; adeo, quòd cuilibet licet cōtrahere, nisi expressè prohibeatur. c.cum apud.extra, de sponsa.& matrimonio. Hoc notat Ioannes Theutonicus glo. decret.in c. fina.30. qō.3. Hoc idem recitat & approbat Io.Andr.in c.1.de cogna.spiritua.lib.6.

Vnde versus.
Esse mei nati coniunx, mihi spiritualis
Filia legitimè poterit, nec iure vetatur.
Descendunt, & non ascendunt talia vincla.

Multò plura de huiusmodi materia possent adduci: sed pro nunc hæc sufficiunt. Si tamen vis videre, an per procuratorem talis cognatio spiritualis possit contrahi, recurras ad Bar. in l.Gallus. §. forsitan.ff. de liber. & posthum. ad Angel.Aret. in §.illud. Institu.de nupt. Ioann. Andre. in regula, Potest quis per alium.de regu.iur.in sexto.& ad Panormi.in cap.veniens.extra, de cog.spiritua. Decisionem tamen communem, & magis approbatam potes notare per versus sequentes: in quibus patet, quòd licet matrimoniū per procuratorem possit contrahi.cap.fina. de procurato.lib. 6.non tamen cognatio spiritualis.

Vnde versus.
Procurator habet nodos vincire iugales.
Non tamen hoc nexus domino dat spirituales.

Pro præmissis & alijs huc spectantibus vide omnino Quint. Mando. super signa Gratiæ.titu.de dispensatio. matrimo.versicu.cognatio spiritualis triplex est, cum ijs quæ sequuntur.

DEO GRATIAS.

Hactenus fœde hic hallucinatum est. Nã quum trinepos fratris dicatur quasi tertius eius nepos, ficut tritauus quasi tertius auus. l.fi.§.fexto gradu.ff.de grad.affi. Clarum est, quòd filius trinepotis fratris, non poteſt dici quadrinepos ipſius fratris, quippe qui quartus eius nepos non eſt, ſed tertij tantùm nepotis ipſius fratris filius. Quamobrem repoſuimus in hac penultima cellula (fratris trinepotis filius, filia) ſicuti & in vltima cellula (fratris quadrinepos, quadrineptis.) Nam nepotem trinepotis fratris, eiuſdem fratris quadrinepotem, ideſt, quartum nepotem eſſe nemo ambigit, non quinquenepotem, vt praua hactenus inoleuit conſuetudo. Ex aduerſo item huius arboris latere, in penultima cellula ſic emendauimus (Sororis trinepotis filius filia) expunctis his verbis (Sororis quadrinepos quadrineptis.) Et in vltima, in horum verborum locum (Sororis quinquenepos, quinqueneptis) Subſtituimus hæc, Sororis quadrinepos quadrineptis. Qua autem ratione moti id effecimus, vide gloſſ. vſque ad quintum §. multis alijs.infra, de ſucceſ.liber. quæ non vocat filium trinepotis quadrinepotem, ſed trinepotis filium. Et ratio eſt: quia vltra tritauum, & trinepotem non reperiuntur vocabula ſpecialia, vt vult idem Accurſius, & rectè in §.hactenus.ſupra,eodem.hoc pacto locus hic nimia temporum vetuſtate iam pene obſoletus, impureque temeratus, germanæ lectioni nobis authoribus nunc primum, vt ſpero reſtituetur. Egidius Perrinus.

Arbo-

ARBORIS CIVILIS DECIMUM AD GRADUM DESCENDENTIS PECULIARIS DECLARATIO.

GRadus, lineę, & consanguinitatis definitionib. omissis, sciendum, quod numeratio punctorum quę sunt in cellulis, est numeratio graduum. habito respectu ad cellulam vacuam, à qua oēs sumunt nomē, exceptis ijs, quę per genitiuum nuncupantur. Hāc Ioā. And. nomine sui bidelli Petruciū, vult vocari. Puncti, quę superiores sunt, computationē iuris can. denotant. illi aūt quę inferiorē locū tenent, cōputationē ciuilis iuris exprimunt, quod canonico subesse ipsa graduū situatio declarat. Ex prędicta cōputatione, si diligenter inspicitur, apparet, quod in ascendentium, & descendentiū numeratione ius vtrūq; concordat: quia in eis persona addita personæ per carnis propagationem, gradum adijcit. Vt aūt hæc arbor cūctis innotescat, notandæ sunt tres regulæ.

Prima, Ascendentium, & descendētium, quot sunt personæ, de quib. quæritur, computatis intermedijs vna dēpta, tot sunt grad⁹ inter eas. Verbi gratia: Abau⁹ distat à Petrucio quatuor gradib⁹: & sic de alijs.

Secunda (secundum ius ciuile, cuius tantū gratia hæc arbor fuit hic impressa) talis est: Collateraliū in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite, eodem duplicato distant inter se, vel sibi attinent. vt P. & pronepos propatrui distant vij. gradib⁹, cum abauum stipitem facit. Nam secundum leges quælibet persona gradū facit in collateralibus: vnde duo fratres duos efficiunt gradus.

Tertia. collateraliū in linea inæquali quot sūt personæ, stipite dempto, tot sunt gradus. vñ P. distat à patruo quinq; gradib⁹. Ab ei⁹ filio, sex: & sic de alijs. Non inutile fortisan iudicabitur, si aliquid de computationis diuersitate inter ius ciuile, & cano. subiūxerimus. in legibus ob nihil aliud ipsa graduum mētio facta est: nisi vt hæreditas, vel successio ab vna ad alteram personam inter consanguineos deferatur. In canonib. verò ob hoc progenies computatur, vt apertè mōstretur vsq; ad quotam generationem à consanguineorū nuptijs sit abstinendum. Hac ergo de causa, quia hęreditates nequeunt deferri, nisi de vna ad alterā personam: idcirco curauit secularis Imp. in singulis personis singulos perficere gradus. Quia verò nuptię sine duab. nō valēt fieri personis, ideo sacri canones duas in vno gradu constituere personas. Hæc habentur plene c. ij. xxxv. q. v. & ferme per totam illam quęstionē. Et hoc idem not. hic Christopho. Porc. in versi. circa primum, ibi, secunda differentia. & Ioan. Andr. in declaratione huius arboris.

CHRISTOPHORI PORCI IN arborem & ipsius intelligentiam quæstiones plurimum vtiles.

PRo declaratione iuris cano. & ciuil. & etiam intelligentia huius materiæ, & eorum quæ pertinent ad illam, quædam videnda sunt. Primo qualiter fiat dinumeratio graduum de iure ciuili, & de iure canonico secundum vtriusque iuris cōnum diuersitatem. Secundo vsque ad quem gradum deferuntur hæreditates, & tutelæ. Tertio vsque ad quem gradum copula matrimonialis impediatur. Quarto vsque ad quem gradum possit Papa dispensare.

Circa primū dicite, quod quo ad lineam ascendentiū nulla est dītia inter ius ciui. & ius cano. Vtroq;. n. iure pr & mr sunt in primo gradu ascendentiū. & similiter filius & filia descēdētiū: & sic ī & ſ. in infinitū: quia in dinumeratione graduū in linea ascendētiū & descendētiū vtrunq; ius habuit respectū ad stipitē. s. ad primū parentē. vt hic, cū gl. xxxv. q. v. ad sedē. in linea trāsuersali inter ius ciuile, & ius can. duplex est dītia. Prima. quia iure ciuili frater, & soror sūt in secūdo gradu. iure canonico sunt primo: Rō differētiæ sumitur ex regula iuris ciuilis, quę dicit, quod vnaquęq; persona adiecta nouū gradum generat, vt hic in. ver. hacten⁹ Vnde cū ego sim in primo gradu patri meo, si nascatur mihi frater, vel soror, ex generatione huius personæ causatur nouus gradus. & consequenter appellatur in secundo. sed iure can. ideo appellatur in primo: quia ius canonicum nō cōsiderauit dinumerationē graduum in linea transuersali, habito respectu ad stipitem. i. cōmunem parentē, sed cōsiderauit, quod duo fratres, duæ sorores tribuunt initium lineæ transuersali. & ideo in primo gradu illius lineæ illos cōstituit. Secūda differentia est, quia iure ciuili regula traditur, quod in linea transuersali sola persona adiecta nouū gradū facit, vt hic. iure aūt canonico pro regula traditur, quod ad causandum nouum gradum duæ personę requirantur, dicto c. ad sedem. Ratio differentiæ, quia ius canonicum dinumerat gradus rōne copulæ matrimonialis, vnde sicut ad causandum copulam matrimonialē requiritur cōcursus duarū personarū: ita ad causandū gradū quo ad eā. Sed ius ciuile dinumerat grad⁹ quo ad hęreditates, & tutelas. vnde cū tutela, & hęreditas deferatur de vna persona in aliam: nil mirum, si vnaquæque persona generat nouū gradum. ista fuit sō posita in dicto capi. ad sedem.

Quo igitur ad inhibendam, vel permittendam copulam matrimonialem dinumerabuntur gradus secūdum ius canonicū: quo aūt ad tutelas, & hęreditates deferendas, connumerabuntur secundū ius ciuile. — *Matrimoniū vsque ad quem gradū prohibetur.*

Circa secundum dicite quod vsq; ad decimū gradum deferuntur hęreditates & tutelę: vidistis ī. tit. j. §. fi. cum sua gl. & ī. de capit. diminu. § fi. de leg. ag. tute. in tex. & in gl.

Circa tertiū dicite, quod olim erat prohibita copula matrimonialis vsque ad septimū gradū agnationis vel cognationis inclusiuè: hodie aūt est prohibita vsq; ad quartū gradū inclusiuè, dinumeratiōe facta secundum ius cano. c. nō debet. extra, de consan. & affi. Sed hic dubitatur. Pone, quod vnus sit in quinto gradu transuersalium, alius sit in quarto, an impediatur copula matrimonialis? Si inspiciamus personam existētē in quarto gradu, illa impeditur. Si inspiciamus personā existētem in quinto gradu, permittitur. Dicite, quod copula est permittēda: quia quoto gradu remotior distat à stipite eodē gradu distat à quolibet descendente. c. fi. extra de consan. & aff. Illud tñ est palam, quod inter ascendētes, & descendētes est prohibita copula matrimonialis in infinitū vñ si Adam viueret, vxorem habere non posset §. inter eas. & ibi gl. ī de nup.

Sed quid de gradu affinitatis? Dicite quod licet olim rōne affinitatis esset prohibitio vsque ad tertiū gen⁹ vt aliqui dixere: veritas tñ hodie est, quod solum prohibetur quo ad genus primum: vt no. gl. iij. c. non debet. extra de consangui. & affinitate.

Sed nūquid per coniunctionē illicitā causatur affinitas? In hoc articulo non parcā in totū verecūdię, Arch. xxxv. q. iij. ex ordinaria. dixit per hāc dissului matrimonium. & in hoc bene. sed nō causari affinitatē, propterea quia affinitas est irregularitas personarum ex nuptijs descendentium. l. non facile. §. affines. ff. de grad. vbi ergo nō sunt nuptiæ, ibi non causatur affinitas. Sed gl. tenuit contrariū in §. affinitatis ī. de nu. quę communiter comprobatur per. c. tuę & & per c. iordane. & per c. discretionem. extra. de eo qui cogno. consang. vxo. suę. — *Affinitas an contrahatur ex coitu illicito.*

Stat igitur conclusio, quod per illicitam coniunctionem contrahitur affinitas. Sed quid si quis nō intrauit claustra vuluæ, in circuitu tamen palpitauit, vel feras reseruauit sed opus non expleuit, an contrahatur affinitas, gl. in d.c. extraordinaria dicit quod non. Itē dicit illud quod nō dico. Dicit Innoc. quod ad causandum affinitatem, requiritur concursus vtriusque seminis. Sed tamen causa euitādi peccata, ius canonicū. & sancta mater Ecclesia indubie præsumūt ex copula concursum vtriusque seminis, & marit. & feminę interuenisse. c. iuuenis. ex. de spō. Adde te prædictis, quod si aliquis promiserit alicui illam accipere in vxorem, postmodum habeat copulā cū ea sine alijs verbis, intelligitur validum matrimonium extitisse contractum: nec eum alia contrahere posset, sed matrimonium postea cum alia contractum esset dissoluendum. c. is qui fidem extra. de sponsa.

Hoc loco nō esse uffigendū nouū titulū, sed totū hūc locum appēdicē eē titulı de Gradibus cognationum existimat Fran. Balduin. hoc ipso loco nec vllā in vetust. exēp. esse hic sectionē, atque huius suæ sulæ authorē laudat Theophilū græcum Institutionū paraphrastē.

Circa quartum dicite breuiter, quod in gradu ascēdētiū & descendentium non posset Papa dispensare, vt culpa matrimonialis contrahatur. Non posset. n. Papa dispēsare. quod filia patri copularetur. item nec in linea transuersali in gradu primo. vnde non posses Papa dispēsare, quod fratri soror nubat. Itē nec in gradu secūdo linea existente inæqualiter. vñ nō posset dispēsare, quod neptis patruo nuberet, vel auunculo. In linea verò æquali bene posset dispensare, vt cōsanguineu copularetur. & ita cōiter concludit in c. literas. extra de resti. spol. facit c. gaudemus. extra. de diuor.

Matrimonium semel contractum an possit per Papā dissolui.

Sed an Papa possit dispensare, vt matrimonium semel contractum dissoluatur? Dicite breuiter, aut matrimonium fuit per copulam carnalem consumatū, aut nō, priore casu nō pōt, posteriore aūt sic. quia primo casu effecti fuere duo in carne vna: secundo verò nō itē quia matrimoniū consummatū sortitur naturam ex constitutione diuina, contra quā non potest Papa dispensare, c. proposuit & ibi, I. tus extra. de concess. præb. sed matrimonium non consummatum sortitur naturam ex constitutione Ecclesię, contra quā Papa bene potest dispensare. Ista est glos. ordina. in ca. ex publico. extra. de conuer. coniug. in glo. fi.

Sed nūquid maritus, & vxor possunt se separare? Dicite, aut copula non est subsecuta: & tunc quilibet eorum altero inuito potest separare matrimonium per ingressum religionis: secus si copula fuerit subsecuta. nisi vterque concordauerit quod vterque pariter intret religionem, vel alter qui remanet in seculo, sit talis, conditionis. & qualitatis. quod nulla suspicio fornicationis sinistra sit contra eum. vt quia sit ætate confectus. cap. quidam. cap. verum. cap. vxoratus. & cap. cum sis præditus. extra. de conuer. coniug.

TITVLVS VII.

DE SERVILI cognatione. †

Cognationē seruilē, i. sanguinis necessitudinē quā seruorū filij cū parētibus habēt, antiqua iura nō admittebant, hodie aūt serui nati, et deīde manumissi, nō modo parētib. et libertate donatis ex intestato succedūt, et parentes eis, sed ēt sibi inuicem, & cum reliquis fratribus ex legitimis nuptijs, atque in libertate procreatis ad successionem vocantur.

Illud certum a est, ad seruiles cognationes illam partem edicti, b qua proximitatis c noīe bon. possessio pmittitur, nō pertinere. d

Divisio.

Illud certum. Totus iste tit. diuiditur in tres partes. Primo ponit vtrum serui habeāt ius cognationis cōtractæ in seruitute. Secundo infert ex rōnibus præpositis videlicet quod nō semp seqr, quod qui prior est in gradu, quod potior sit in iur. Tertio illa melius declarat. Secūda ibi, Repetitis. Tertia ibi, Amotis.

CASVS. Dñe, iā video. quod vos valetis tractare de serui. cog. & specialem tractatum facere Nam vos dixistis mihi supra ti. de succes. cog. circa quos in bono. pos. vnde cog quam prætor primis agnatis pollicetur, sola naturalia causa spectatur: nunquid igitur cognati in statu seruili concepti, & nati, & postea manumissi p bono. pos. vnde cog. in tertio ordine causa naturali inspecta sibi inuicem potuerunt succedere? Ad hoc rñdet iustin. quod nō illud n. certū est, eandem partē edicti prætoris qua bo. pos. iure cogna. permittitur, ad seruiles cognationes antiquitus nō pertinere. Nec. n. illa antiqua lege talis cogna quo ad onus tutelæ, vel ad cætera onera ciuil. computabatur: vnde visum erat hmōi cog. seruilem quo ad emolumentum successionis non computari nec quo ad onera computabatur. & hæc vsque ad nostra tempora ita obtinebant: sed nos per cōstitutionem nostram, quam pro iure patron. fecimus, (quod quidem ius patron. vsque ad ipsum nostrū satis obscurum atque nube plenum, & vndique cōfusum fuerat) & hoc suggerēte humanitate statuimus, vt si quis in consortio seruili cōstitutus ex libera, vel seruilis conditionis muliere liberū, vel liberos habuerit, vel econuerso mulier serua ex libero, vel seruo liberos cuiuscunque sexus habuerit, & eaudem parētib. & liberis ex seruili vētre natis ad libertatē peruenientibus, vel dum fortè ipsę mulieres liberę erāt. & ita liberi ab illis nati īgenui. & postea patres qui hmōi liberos in seruili statu procreauerint, ad libertatē puenerint, statuimus dico, in omnib. his casib. vt ncēs hī liberi ad successionem patris, vel matris ab intestato admittantur, iure patron. in hac parte penitus sopito. Nam hos liberos non solum in parentum successionem, sed etiam parentes in liberorum mutuā successionem authoritate prædictæ cōstitutionis nostrę specialiter vocamus: & hoc obtinere statuimus, siue hmōi liberi ex seruili matre nati, postea manumissi soli fuerint, siue cum alijs, qui post libertatem parētum concepti, & nati, ad successionem vocent, siue ex eodem patre, vel eadē matre, siue ex alijs nuptijs pcreati fuerint, & hoc statuimus ad similitudinem eorum qui ex iustis nuptijs procreantur. Et hoc dicit vsque ad illū §. repetitis itaque. Cætera plana sūt vsque finem tit. quia non pōt casus poni nisi secūdum quod litera iacet. b. d. Franc de Ares.

a Illud. Aliàs est hic titulus, de seruili cognatione, aliàs non Accursius.

b Edicti. Sunt enim quatuor partes successionis ab intestato: vt ff. quis or. in bon. pos. l. j.

c Proximitatis nomine. Idest, cognationis, vt sequitur: vt ff. vnde cog. l. j. §. pertinet.

d Non pertinere. Sed nec aliam aliquam, vt vel ipse succedat, vel ei succedatur: vt C. commu. de succes. l. seruus. nisi in tribus casibus: vt C. de ijs qui. vt indi. & ad Sylla. l. pen & C. de fur. & legi. l. apud nostros. t & ad Orfi. l. fina.

s Sed illud procedit fictione postliminij: vt ibi. not. Ange.

DE SERVILI COGNATIONE.

Cōtinuatio.

Quia suprà de cognatione, & successione cognatorum liberæ conditionis dictum est: nunc quia naturali iure in ipsis etiam inter seruos etiam cadit cognatio: & dubitari posset, an inter seruos esset successio: de seruili cognatione, merito subdit. Nec obstat, quòd inter illum tit. de succes. cog. & illum sit titu intermedius, de gradibus: quia ex quo pertinet ad materiam horum tit. continuatio non vitiatur l. re. §. fra. ff. de duobus reis. Porc.

Computa-

nam nec † vlla antiqua lege talis cognatio cōputabatꝰ. a Sed nostra constitutiōe, quā pro iure patronatus fecimus (quod ius vsq; ad nr̄am tempora b satis obscurū, atq; nube plenum, & vndiq; confusum fuerat) & hoc humanitate suggerēte cōcessimus, vt siquis in seruili constitutus cōsortio, liberum, vel liberos habuerit, siue ex libera, siue ex seruilis cōditionis muliere: vel ecōtra, serua mulier ex libero, vel seruo habuerit liberos cuiuscūque sexus: & ad libertatē his c peruenientibus, ij, qui ex seruili ventre nati sunt, libertatē meruerint: vel dum mulieres liberæ erant, ipsi d in seruitute e eos habuerint, & postea ad libertatē peruenerint: f vt hi oēs ad successionem patris, vel matris veniāt, g patronatꝰ iure in hac parte sopito. Hos enim liberos non solum in suorū parētū successionē, sed etiā alterum in alterius successionem h mutuā vocauimus, ex illa lege i specialiter eos vocātes: siue soli inueniātur, qui in seruitute nati, & postea manumissi sūt: siue vnà cum alijs, q post libertatē parentū cōcepti sunt, siue ex eodē patre, siue ea eadē matre, siue ex alijs • nuptijs ad similitudinē eorū, qui ex iustis nuptijs procreati sunt.

l Neq. ad locationē. Imò differt in septē. Nā hic etiā in specie pstat pēsio, sed ibi in pecunia tantū. vt hic scripti mus. itē hic possidet naturaliter. sicut fructuarius: vt ff. de acqui pos. l. naturaliter. sed ɔductor nō, vt C. cōmu. de vsuc. l. j. itē hic habet dominiū vtile, sed cōductor nō: vt ff. e l. nō solet. Itē hic ɔtract⁹ fit in immobilibus tantū, ille etiā mobilib⁹. vt in Auth. de alie. & emph. §. licentiā. col. ix. Itē agit hic condictione ex lege: ibi, ex conducto. Item hic contractus iuris ciuilis est, ille naturalis. vt hic dicitur. Itē est hic in scriptura, ille etiā sine ea vt C. de iure emphy. l. j & ī. de oblig. ex cōsensu. vt ī. eo. in prin.

m Neque ad venditionē. Quia hic pensio præstat, ibi res libere trāsit. Item ob hoc res reuocatur, sed ab emptore, non p venditorem: vt C. de rei vend. l. inciuile. Itē hic vtile transit dominiū, ibi directū: vt ī. de rer. diuisi. §. per traditionem.

n Naturalis. Idest indigenum, quod naturali ratione est inductū: vt ī. de iu. natu. §. quod verò. hic enim est de iure ciuili, vt & alij: vt j. de actio. §. de cōstituta pecunia.

o Ad dominū. Vt pensionem non habeat. Accur.

p Particularis. Idest medietatis, vel minus. Fm M & Ioan. Arg. ff. de vsufru. l. etiam. & de ver sig. l nomen filiarum. §. portionis. & ff. de dam infec. l. inter quos. §. damni & de contrahen. emp l. domum. Nos dicimus. si aliquid eius parū remansit, damnū emphyteutę esse, arg huius §. & C. eo. l. j. De hoc dātur tales versus. Res perijt tota: tūc nil dabit ēphyteuta. Si p parte perit. nō ita liber erit.

q Vtimur. Sūt & duo alia naturalia siue tacita pacta in hoc ɔ̄tu, vt de reijciēdo emphyteuta si nō soluerit pēsionē p triēniū: vt C eo. l. ij. §. j. & i Auth de nō ali. §. scire. col. ij Itē & si velit emphyteuta vēdere, q dño primū denunciare debet: vt C. eo l si §. j. Accur.

ADDITIO Quod dictū ē emphyteutā posse expelli nō soluta pēsiōe p triēniū verū est in emphyteuta priuato: qm emphyteuta ecclesię cessans p biēniū in solutiōe expelli pōt. auth qui rē. C. de sac. san eccl. & no. C. de iur. emphy. l. ij. in gl. repellere & ex de loca. c. potuit. & in Auth. de nō alie. §. scire in gl. hominū coll. 2. Sed in simplici colono indistinctè biēniū expectatur: vt ff. de loca. l quęro. § inter locatorem.

soleat, vtrum emptio, a & venditio contrahatur, an locatio, b & conductio. vt ecce de prædijs, quę perpetuo c † quibusdam fruenda traduntur, † idest, vt quandiu pēsio, d siue reddit⁹ e pro his domino præstetur, neq; ipsi conductori, neq; hæredi ei⁹, cuive conductor, hæresve eius id prædium vendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit, aliove quocunque modo alienauerit, f auferre liceat. g Sed talis cōtractus: quia inter veteres dubitabat, & à quibusdā locatio, à quibusdā vēdito existimabatur: lex Zenoniana h lata ē, quæ emphyteuseos i † contractus propriam k statuit naturam, neque ad locationē, l neq; ad venditionē m inclinantem, sed suis pactionibus fulciendam. & siquidē aliquid pactū fuerit, hoc ita obtinere, ac si naturalis n esset contractus: sin autē nihil de periculo rei fuerit pactum: tunc, siquidē totius rei interitus accesserit, ad dñm o sup hoc redundare periculū: sin autem particularis, p ad emphyteuticariū huiusmodi damnū venire. † quo iure vtimur. q

Conuentio vt ex artificis materia opus fiat mercede certa constituta, vēditio est: quod si ex conductoris materia, locatio est.

Item quæritur, si cum aurifice Titius conuenerit, vt is ex auro suo r certi ponderis, certæque formę s annulos ei faceret, & acciperet (verbi

Itē quærit. CASVS Per exēpla superiora vidisti familiaritatē inter istos ɔ̄ctus, adhuc est familiaritas mirabilis in exēplo seq. v. g. cōueni cū quodam aurifice, vt de suo argento mihi faceret scyphū certę formæ, certiq; pōderis: quęrit modo verū inter me & ipsum videat emp. & ven. vel lo. & ɔdu. Cassius dicit, q i casu quantū ad materiā est emp. & vē. quantū vero ad operā est cōd. & lo. Iusti. aūt dicit, q magis placet sibi, q ex toto sit emp. & ven. qa perinde est, ac si auri faber scyphū de argento suo fecisset & postea mihi factū vēdidisset. Sed pone, q cōueni cum auri fabro, vt de meo argēto mihi scyphū certi pōderis certæq; formę & mēiurę faceret: qd iuris in isto casu? Et iñ insti. q nō dubiū, qn sit locatio & cōduc.

r Suo scilicet, artificis.

s Formę s. demonstratę: sed quid si certa non est mate-

† Sic exponit gl. x q. ij. i §. perpetua. quę ponit quot modis accipitur hęc dictio ppetuo, pro qua dictiōe vide Mandos. in superscrip. glo. Facul. in vet. ad ppetuū, & §. volēns, in vet. p petuo.

† Huiusmodi agri si publici ciuitatū sunt vectigales à successo- suleo dicunt in l. j. ff si ager vecti. vel emphyt.

Emphyteutis dat ad varia tempora.

† Cōcor. cum hoc ter. c. vlt. cū gl j. in prinic. extra eo. ti.

Emphyteutis vnde dicit.

† Imò etiā quædam actio spālis quę vocatur actio emphyteusis fm Bart. i l. j. ff. de condi. ex leg. & Angel. hic.

Dñs vincit à nun domino.

Emphyteusis à locatione i septē differt.

† Nisi cō duxisset ad nō modicum tē pus: vt ff. si ager vectī. per Ioan. Fab.

Emphyteutica res si pereat, cui⁹ erit damnum.

† Colonus tamē p p sterilitatē min⁹ pēdit etiā si substantiā rei integrā habeat l. licet. C de loca. q̄ ista ratio sterilitatis i Colono habenda sit licet colligere ex l. si merces. §. vis maior & ex l. ea cōduc §. j. ff. loca.

Emphyteusis duo tacita pacta continet.

materia demostrata? Respond non interest: vt ff. de contrahen. emp l. conuenerit. & l. Sabinus. Vel fa cies punctum in dictione suo.

Conductor autẽ omnia. CASVS. Dicit dñs Insti. q conductor omnia, secundum quod cõuenit in conuẽtione, facere debet: si aũt aliquid ẽẽt omissum, ita q in cõductione de eo nihil esset actũ: veruntamẽ in ea re debet illud qd' fuit omissum ex bono. & æquo p̃stari: puta si conductor in mora fuerit soluendę pensionis. Nam licet de vsuris nihil actum fuerit, tenet' tñ ad vsuras, & ecõuerso, licet nihil actũ fuerit de ostijs reficiendis, nihilomin⁹ adhuc tenet' locator, & hoc vult dicere litera præsens.

a Legem. idest, pacta: vt ff. depos. l. j. §. si cõueniat. Accur.

b Ex bono. & æquo. Vt vsuras post moram: vt C. eod. l. præses. Item cõ. nã cõductor agit vt domus & ostia sibi re parent: vt ff. eo. l. ex conducto. in princip.

Qui p̃ vsu aut vestimẽtorũ. CASVS. Quidã cõcessit mihi iumentũ suum, aut vestimentum suum aut argentum vtendum p̃ certa mercede, quæritur qualẽ custodiam in ista re mihi concessa p̃stare teneat? Et rñ. Iust. q talem diligentiam teneor præstare, qualem paterfam. diligent p̃staturus esset. & ita expone, diligentissimus. i. diligens. & hoc est: quia vtriusque gratia celebratur cõtractus. hoc dicit. Franc.

c Diligentissimus. idest, diligens. sic expon. ff. eo. l. si merces. §. qui columnam. nam cũ vtriusq gratia fiat locatio, non venit exactissima diligentia: vt ff. cõ. l. si vt certo. §. nunc videndũ. Alij p̃priè ponunt, & dicunt speciale in his rebus, quæ facilè p̃nt frãgi.

ADDITIO. Et hęc vltima videtur communior: diuersitatis nõ fundatur sup facili harũ rerũ fragilitate: ideoque dilig ntior cura est adhibenda. c. vbi periculum. de elect. in vj. Christoph.

d Amiserit. Vel damnum datum sit, quod prævidere non poterat: vt ff. eo. l. sed & de damno.

Mortuo conductore. CASVS. Quærit à Insti. sic, Quidam conduxit sibi hospitium, intra t̃pa conductionis decessit cõductor & successit hęres eius in cõductione: poteritne alteri domũ locare? Et rñ. Inst. q sic, quod intellige, iure loca. & conduc. non autẽ iure societatis. h. d. vsque ad finem.

e Conductore. Proprietatis, secus in vsufructu. vt C. de vsufru. l. si domina. Vel dic vt ibi, f & de iure dot. l. si socius. in fine.

f Succedit. Vt C. eo. l. viam. sed an moriẽte scholare, vel recedente. substituere põt? Rñ. sic de iure cõductionis, sed cõ societatis p̃hibet, q̃ p̃ualet, vbi certa persona eligitur: vt j. tit. j. §. soluitur.

gr̃a) decẽ aureos: vtrũ emptio & vẽditio, an locatio & conductio cõhi videat'? Cassius ait, materiæ qdẽ emptionẽ & vẽditionẽ cõhi, opę aũt locationẽ & cõductionẽ. Sed placuit tñ emptionẽ & vẽditionẽ cõhi. Qd' si suũ aurũ Titius dederit, mercede p̃ opera cõstituta: dubiũ nõ ẽ, qn locatio, & conductio sit.

Quæ partiũ expressa cõuentione promissa fuerũt, necnon & quæ ex bono, et æquo præstari debent (licet de ijs conuentum non sit) hæc in contractu seruanda sunt.

Cõductor aũt oĩa s̃m legẽ [a] cõductionis facere debet: &, siquid in lege p̃termissũ fuerit, id ex bono, & æquo [b] præstare.

Conductor de leui culpa tenetur. Aret.

Qui p̃ vsu, aut vestimentorum, aut argẽti, aut iumẽti mercedẽ aut dedit, aut p̃misit: ab eo custodia talis desideraẽ, qualẽ diligentissimus [c] p̃rfamilias suis reb⁹ adhibet: quã si p̃ stiterit, & aliquo casu fortuito eã rẽ amiserit, [d] de restituẽda ea nõ tenebit'.

Contractus locationis ad hæredes transit conductoris. Aret.

Mortuo conductore [e] intra t̃pa cõductionis, hæres eius eodem iure in conductione succedit. [f]

TITVLVS XXVI. DE SOCIETATE. †

Et oĩum bonorũ, et certæ negotiationis coiri põt societas: in qua quæ circa e. ĩ lucrũ aut damnũ pacta sunt, seruari oportet; quod si nihil conuentum sit, æquas partes & in lucro, & in damno inuicem referre decet. in hac tamẽ socij pacisci queunt, vt alteri plus lucri, alteri plus damni obueniat: quinimò & quòd vnus lucri partem ferat, de damno verò non teneatur.

Annota. Id lucrũ dici qd' omni dãno deducto superest.

Societatẽ coire solemus, aut

DE SOCIETATE.

Iste titu. sic continuatur. Dictum est supra de quibus. cõ. cõtractibus, qui fiunt cõ sensu: verum quia societas est etiam contractus, qui fit consensu, vt patet supra, de obli. ex consensu. § i. ideo sequitur titu. de societate. Accur.

Est autem societas (vt ait Marcus Tullius) duorum pluriumve conuentio honesta ad contracta ad vberiorem quæstum, & commodiorem vsum.

Societatem. Iotus iste tit diuiditur in quatuor partes. Primo ponit in quibus rebus possit contrahi societas. Secundo quæ partes possunt esse in lucro, & dãno. & si non fuerint à partibus expressę, quæ intelliguntur. Tertio quãdo societas. & quomodo finitur. Quarto ad quid socius tenetur. Secunda ibi. Et quidem, Tertia ibi, Manet autem. Quarta ibi, Socius socio.

CASVS. Dixi Iustinian. Domine, bene perpendi per supradicta, quod iam de societate estis tractaturus. pro Deo qualiter contrahitur societas? Et respondet dominus Iustinianus, quòd solemus contrahere societatem omnium bonorum, quam Græci cœnopraxian appellabant: aut vnius negotiationis, veluti vini, olei, frumenti vendendi, & emendi: & tunc æqualiter participabunt lucrum, & damnum. si autem super partibus lucri aut damni aliquid statuerint: tunc quod inter eos conuenit, seruabunt. Sed quid dices de tali conuentione. vt ad Titium duæ partes lucri pertineant, damni verò tertia ad Seium verò duæ partes damni, tertia verò lucri, valet ne ista conuentio: & dicitur quòd sic. Quintus tamen Mutius dicebat, q talis conuentio erat contra naturam societatis, & quòd non valebat. Seruius autem Sulpitius dicit. quod talis pactio valeat. quod iure conuentionis intelligi potest etiam ita cõtrahi, quòd vnus pecuniam conferat, alius autem nihil, lucrum tamen inter eos communicabunt qa sæpe alicuius p̃uidẽtia. vel opera pecuniæ p̃ualet. Sed quid si ita fuerint pacti inter se, quòd vnus habeat

Et hæc vera vbi cius vsusfruct⁹ cõstituit', secus si fructus vsq; ad certũ t̃ps vendant', vel locentur: vt hic per doct.

Cõtinuatio.

† Sic ff. p socio.

* Rã malorũ non est societas. l. si à reo. §. id qd. ff. d fi deiu. ergo si ẽ inhonesta dẽ cõuẽticula l. cõuẽticulã. C. de episc. & cle. ab historicis cõiuratio vocatur. Egi. Pet. Dauidio.

habeat partem lucri, partem aūt damni nō ferat vā los ne pactum tale in societate Dicit Seruius ꝙ sic, ita th̄ ꝙ si sit in vna re lucrum, in alia damnum, debet fieri compensatio lucri cum damno: & illud solum, qđ superest, dicatur lucrum. hoc dicit.

striæ, quam alter: vt ff. eod. l. si nō fuerit in prin ibi, si verò placuerit ſm Azo. cum societas. sit fraternitatis ius: vt ff. eo. l. verum. in fi. j. eo. l. ioā. § & subaudire in l. illa, si nō fuerint maximè. Alij idem, quod ioā. sed tali ratione, qa iure conuentionis valent, nō societatis. ff. de polli. ci. l. j § si conuenerit Accur.

totoriū ᵃ bonorū, quam Græci specialiter κοινοπραξίαν, ˡ appellāt: aut vnius alicuius negotiationis, ve luti mācipiorū vēdendorū, emēdorūq; , aut olei, aut vini, aut frumēti emēdi, ᵇ vēdēdiq;. Et qdē si nihil de partibus lucri, & dāni nominati cōuenerit, æquales ᶜ .s. partes & i lucro, & i dāno spectant. Quòd si expressę ᵈ fuerint partes : hę seruari debēt. Nec .n. vnquā dubiū fuit, qn valeat cōuētio, ᵉ si duo inter se pacti sint, vt ad vnū quidē duæ partes & lucri, & damni pertineant, ad aliū tertia. ᶠ

Valet cōuentio inter socios, vt maiorē partē lucri ferat alter quā dāni, et ecōtra : et ēt ꝙ lucrum participet alter, et dānū non sentiat. Et lucrū dicitur, quod superest omni damno deducto. Are.

De illa sanè cōuētione q̄sitū est: si Titius & Seius inter se pacti sint, vt ad Titium ᵍ lucri duæ partes ptineant, dāni tertia : ad Seiū duæ partes dāni, lucri tertia : an rata debeat haberi cōuentio ? Quintus Mutius ꝯ naturam societatis talem pactionem esse existimauit: & ob id nō esse ratā habendam. Seruius ʰ Sulpitius (cuius sñia præualuit) ꝯ sensit quia sæpè quorundam ita preciosa est opera in societate, ⁱ vt eos iustum sit conditione meliore in societatem admitti. Nam & ita coiri posse societatem non dubitatur, vt alter pecuniam conferat, alter non conferat, & tñ lucrum inter eos cōe sit: qa sæpè opa alicuius pro pecunia valet : Et adeo ˢ contra Quinti Mutij sententiam obtinuit; vt illud quoque constiterit, posse cōuenire, vt qs lucri partem ᵏ ferat, de dāno nō teneī, qđ & ipsum ˡ Seruius conuenienter sibi ᵐ fieri existimauit. Qđ tñ ita intelligi oportet, vt si ī alia re lucrū, in alia damnū illatū sit: cōpensatione facta, solū quod superest intelligatur lucro esse.

Pars in lucro adiecta, in damno quoq; adiecta videtur, & e diuerso.

Illud expeditū est, si ī vna causa pars fuerit expressa : veluti in solo lucro, vel in solo dāno: ī altera verò omissa: ī eo quoque qđ ptermissum est, eandē partem seruari. ⁿ

Renuntiatione soluitur societas, quo fit, vt q̄ post renūtiationē obuenere, cōicanda non sint : nisi callide quis societati renūtiarit, vt solus expectatū lucrum cōsequeretur.

Manet autem societas

a Totorum. Idest, omniū. & expressè: vt ff. eo. l. j. §. j. & l. iij. §. j. Nā hoc nomē s. totus, tota, totum, totitatem ad vnam rem signat. ADDITIO. Hoc verum si ad vnam adijcit̄ aliàs si ad vniuersitatē, de illa tāquā de vno prædicatur. Ioan. Fab.

b Emendi. Item duob. aliis modis, scilicet simplr. vt ff. eo. l. coiri. & l. nec adiecit. Item vnius rei: vt ff. eo. l. societas Accur.

c Æquales. Sic ff. de hęd. insti. l. quu ties. §. hędes. & j. de hæc insti. §. si plu res. & ff. eo. l. si non fuerint. & dic æqua le fuisse capital. Accur.

ADDITIO. Aliàs erit in arbitrio iudicis consideratis sociorum operis. Et non ꝙ licet capitale, ita nec lucrum durante societate extrahi potest Ang.

d Expressę. Etiam in solo lucro : vt j. eo. §. illud.

e Conuentio Scilicet talis vt sequit̄.

f Tertia. Scilicet pars lucri & damni.

g Ad Titium. Computatio hic ita expedita hat, vt si lucrū in vna re, in alia verò dānū ꝯtigerit, vt si deducto omni dāno lucrū superest, vnus in duas partes, alius in tertia partem admittat̄ eius lucri. Si verò tātum damnum superest: is q duas partes dāni ferre debet: in rebus, quę supersunt, tanto minus quam alter accipiat : quantum faciat tertia pars damni: vt ff. eo. l. Mutius.

h Seruius hic. Seruius sibimet contradicere videt̄. vt ff. eo l. Mutius. sed non est verum. nā ibi dicit de facto hoc esse non posse, scilicet vt damnum, & lucrum sit in eadem societate : cum damnum lucro, & contra lucrum damno deducto intelligatur : vt hic dicitur. & j. eod. versi & adeo.

i Et adeo Hæc pacta inæqualia tūc demum locū habent, quando alter plus contulit operæ, vel industriæ,

ADDITIO. Ista cōmuniter approbantur, vt per Christophorum hic. Et hęc vera intellige, quando vel de vtroque, vel de altero tātū aliqd inter partes cōuētū est. Si verò nih l, sed simpliciter sūt ūt ꝯ cta societas: dic vt per Ang. hic.

k Partem. Non totum: alias esset Leonina. vt dr̄ in fabula Auiani, vel Esopi. & ff eo. l. si nō fuerint. § fi. & l. si vnus. §. sed si pciū. l fi.

l Quod & ipsum. Scilicet dictum hoc proximo casu.

m Cōuenienter. Idest, conueniens suæ sententiæ, quam dixit j. eo. §. de illa.

Illud expeditum. CASVS. Pone duo mercatores societatem adinuicē ꝯtraxerunt: & super hoc literas con fieri fecerunt: in quibus cōtinebatur ꝙ lucrū siquod inter eos contingeret, diuideretur. & nulla fuit facta mētio de damno, quid iuris in hoc casu ? Rñ. ꝙ eadem est rō obseruanda in damno, q̄ & in lucro est expssa, & ecōuerso. hoc dicit.

n Seruari. Nota eandem esse rationem cōtrariorum. sic ff. de leg. iij. l. fi. § fi. ff. famil. ercis. l. si filia. §. Papinianus. Arg. contra ff. de lib. & posthum. l. cōmodissimè. & ff. loca. l. ea lege. j. respo. & ff. de neg. gest. l siquis negotia.

Manet aūt. CASVS. Supra dictū est, qualiter societas ꝯhitur. restat nūc videre, qualiter dissoluit̄. Dicit ergo Iusti. q. societas inter aliquos tandiu manet, quandiu perseuerauerint in eo consensu, cum autem alter eorum, societati renunciauerit: dissoluitur societas, si aūt callide renūciauerit, ad hoc, q. ipse solus aliquod lucrum lucraretur illud lucrum solus non habebit, sed tenetur illud lucrū socio suo cōicare si āt aliqđ lucrū aliūde sētiret, q̄ sibi sperabat, s. qñ

ᵃ Quidā hoc loco legunt. κοινοπραξίαν, idest vniuersalem, quia vtroque appte appellari cā ꝙ magis re ipsa ꝯhit quam ꝯsensu: vt magis videat̄ esse cōio. quā societas. Theophilus tamē hac dictione hoc loco vsus ē.

ˢ Si nō sit expressè dictū, ꝙ sit oium bonorū: & tūc vī esse contra vniuersorum q̄ ex q̄stu veniūt. s. si quod fit lucrū ex empt. vendi. loca. condu. & sic tacere nocet ſm gl. in d. l. coiri. Egi. Fer.

ᵗ Idest si nō habito respectu ad lucrū de certa quātitate capitalis, puta volo x. annua tim : & si ꝯcedēs pecuniā in se periculū suscipiat. ſm Ang. hic.

ᵘ Iniquissimū .s. genus societatis ē, in qua quis dānū nō & lucrū spectat: vt ibi dicit̄. Egi. Fer.

do societati renūtiauerit. i. ex insperato sibi euenit, id totū habebit: quicquid autē lucratus fuerit ille, cui renuntiatū est, post renuntiationē illi soli acquirit.

a Renūtiauerit Præsenti socio, [1] non absenti, vt ff. eod. l. sed & socius. § si absenti.

b Callidè. Idem & si intēpestiuè renūciet: item & si expediat non renūtiari vt ff. eod. l. actiōe §. Labeo. & l. sed & si socius §. fin.

c Totorum. Idest, omniū, hoc expressō: vt ff. eo. l. iij. §. j. aliàs contra. vt ff. eod. l. nec adiecit.

d Si quid verò. Aliàs siquidem. sic ff. ex quib. cau. in pos. eat. l. Fulcin. §. quod si aduersus. sic ff. eo. l. actione § diximus

e Non captauerit. Idest, non præcogitauerit.

f Conceditur. Nota hic v. modus soluendæ societatis, & sequētibus quatuor §§ sunt & alij duo, vt interēptione rerū naturaliū, vel ciuiliū. vt ff. e. l. verū. §. pen. incip. & societas. Item cū ab alio stipulor animo nonandi. vel iudicium cū aliquo dicto animo nouādi: vt ff. eo. l. actione. j. respō. o.

Soluitur Adhuc. CASVS. Non solum per renūtiationem de qua dicitur §. soluitur societas. sed & morte: vnde non succedet socio superstiti hæres in societate, nisi hoc placuerit ipsi socio superstiti: & tunc etiā dicitur contrahi societas, & si plures contraxerunt adinuicem societatem, si vn⁹ illorū decesserit, dissoluitur societas inter omnes, nisi aliter cōuentū fuerit inter eos. In § item si alicuius rei &c. dicit Imperator quòd non solum duob⁹ modis supradictis dissoluit societas: imo & tertio modo, scilicet, quādo finis impositus est negotio, ꝓpter quod cōtraxerunt adinuicem societatem. In §. publicatione. casus talis est: iā vidistis tres modos soluendi societatē: modo ponit hic quartus modus, quo soluitur societas, puta ꝑ publicationem omnium bonorum suorum in fiscū propter suum delictum. Quando enim fiscus loco suo succedit, pro mortuo habetur.

Item si quis. Iam vidistis quatuor modos, quibus soluitur societas. Itē quinto modo soluitur societas: veluti si vnus ex socijs cesserit bonis, ne in carcerem detrudatur: si tamē adhuc alter in ipsum cōsenserit noua videtur contrahi societas.

g Morte. Idem est in tutela, secus in deposito, & mādato. vt ff. de his qui not. infa. l. furti. §. illud.

h Etiā. Idest, quamuis. Accur.

eo vsq; donec in eodem consensu pseuerauerint. At cùm aliqs renuntiauerit [a] societati: soluit societas. Sed planè siquis callidè [b] in hoc renūtiauerit societati, vt obueniens aliquod lucrū solus habeat: veluti, si totorum [c] bonorū socius, cùm ab aliquo hæres esset relict⁹, in hoc renunciauerit societati, vt hereditatem solus lucrifaceret: cogitur hoc lucrū cōmunicare. Siquid verò [d] aliud lucrifaciat, quod nō captauerit: [e] ad ipsum solū pertinet. Ei verò, cui renūtiatū est, quicquid omnino post renūtiatam societatem adquiritur, soli cōceditur. [f]

Adijciuntur quatuor modi, quibus finitur societas, scilicet, morte socij, negotio finito, publicatione, & bonorum cessione.

Soluit adhuc societas etiā morte [g] socij: quia qui societatē contrahit, certā personā sibi eligit. Sed & si consensu plurū societas cōtracta sit: morte vnius socij soluitur, & si [h] plures supersint: nisi in coeunda societate aliter conuenerit. [i] Item si alicuius rei [k] cōtracta societas sit, & finis negotio impositus est: finitur societas. Publicatione [l] quoque distrahi societatē manifestum est: scilicet, si vniuersa bona socij publicentur. nā cum in eius locū alius [m] succedat, pro mortuo [n] habetur. [o]

Item si quis ex socijs mole debiti prægrauatus bonis suis cesserit, [p] & ideo propter publica aut priuata debita [q] substātia eius veneat: [r] soluit societas. Sed hoc casu, [s] si adhuc consentiat in societatē, noua videtur incipere societas.

Socium in communi re tantum adhibere diligentiam, quantā in propria sufficit: ideo eo nomine tantum teneri, siquid in communibus rebus segnius egerit, quam in suis.

Socius socio vtrum eo nomine tantum teneatur pro socio actione, [t] si

i Cōuenerit. Scilicet vt duret inter superstites etiā vno moriēte: non autē ad hæredem transit [*] etiā ex pacto: vt ff. eod. l. adeo. & l. nemo. nisi in societate vectigalium: vt ff. eo. l. verū §. in hæredem. & l. adeo. j. respon. & nisi denuo consentiant: vt ff. eo. l. plane.

ADDITIO. Itē nisi iuramento hinc inde apposito: quia fortè de iure canonico teneret etiā in ꝑsona hæredis, nec morte vnius ex socijs solueretur. per c. cum contingat. ex ijs, de iureiur. Ēm Ioan. Fab. hic.

k Item si alicuius rei Vt duo tabernarij de vendendo vinum in foro.

l Publicatione. Quæ publicatio fit propter delicta: vt ff de bon. dam. l. j. j. responso.

m Alius. Aliàs alter, scilicet fiscus.

n Pro mortuo. Sic ff. eo. l. actione. § publicatione. Accur.

o Habetur. Sed quid si hic socius, cuius bona publicata sunt ratione operæ socius erat nunc eternum. quod esse potest: vt §. eod. §. de illa. versic. nam ita respon. idem cū libertatem, vel vitā, vel ciuitatem amittat: vt ff. de bo. dā. l. j & j. proxi. §. Innuitur. in ff.

p Bonis suis cesserit. Quod facere potest. ne in carcerem detrudatur: vt §. de actio. §. fina. [*] & de cess. bon. l. j.

q Debita: Quis fisco, vel priuatis debebat: vt ff. eodem l. actione. §. j.

r Veneat Idest, vendatur.

s Sed hoc casu. Quasi dicat non sicut superiori, proximo, scilicet, quando bona fuerunt publicata. nam hic viuit, & in ciuitate existēs sibi postea acquirere potest: vt ff. de cess. bon. l. v.

Socius socio. CASVS. Dixi Imperatori. Domine iam vidi quinq; modos, quibus societas soluit: modo quæro, vtrū socius socio suo teneatur propter dolum, vel etiam propter culpam. vel etiam ex negligētia teneatur? Et respon. Imper. q̄ non solum ex dolo tenetur, sed etiam ex negligentia. Sed domine, quā diligentiam debet præstare socius? Respondet quòd non exactissimam, sed eandem, quā in rebus suis solet præstare vnde si in rebus suis solet esse negligens quanquam in omnibus rebus sit diligens, nō tenet sed debet de se cōqueri, qui parum diligentem sociū sibi assumpsit. h. d.

t Pro socio actione. Quę est directa ab vtraq; parte: vt j. de pę reme. l. iiij. § ex quibusdam. & finita societate nascitur: vt C. eo. l. tandiu nisi in casu: vt ff. eo. l. actio-

Vel ei⁹ Procuratori: aliàs nō tenetur nisi in ꝑiudicium renunciātus. Ange.

Societas multis modis soluitur.

Captate hoc loco accipitur ꝑ eo quod est blādicijs quibusdā ac illecebris obsequijsq; & laudationibus venari, vt hic dixeri. Hinc & captatoriç Institutiones. ff. de hær. insti. l. captatorię. Hinc & captāda hæreditas C. de transa. l. si maiores, & apud Oratiū lib. ij. sermond. Capies astutus vbi que Testamenta sc...

[*] Ratio quia in societate eligit' industria personæ, & si esset hæres non sit socius, senetur tamē incoata à defūcto perficere. l. hæres socij ff. eod. Egid. Per.

[*] Non successens liberatur à creditoribus, sed in postea q̄titas habet beneficiū ne conueniatur nisi in quātum facere potest: l iij. ff. de cess. bon. Egid. Per.

Cessio bonorū qua te fit.

§ actione. §. si communis. versic. nonnunquam.
a Passus est. Qui de solo dolo tenetur, & lata culpa quæ dolo reputatur. vt ff. deposi. l. quod Nerua. & ff. si quis test. lib. esse iuss. fue. l. j. §. non autem.
b Teneri. Nisi alter tantam culpam præstiterit, quantam & iste, & efficetur par damnandi quo casu compensatur culpa: item dolus cum dolo. vt ff. de compensa. l. si ambo in princ. de dolo. l. si duo.
c Solet. Ante contractam societatem. & in hoc discrepat à depositario, qui vt in præsenti tenetur: sic ff. deposit. l. quod Nerua. sic est in eo, cum quo habeo rem communem sine societate: vt ff. famil. ercisc. l. hæredem. §. non tantum.
d Qui parum diligentem. sic §. quibus mod. re contrah. ob lig. §. præterea.

Depositarius solum tenetur de dolo & lata culpa.

1 Scilicet si nunc erat diligentior: aliàs secus: vt per glo. in l. cum duobus §. j. ff. eod.

† Atque in eâ quidem sententia ex Celsi authoritate respondit Vlpia. socios inter se dolum & culpam præstare oportere. l. cum duobus. §. venit. ff. pro socio.

quid dolo cõmiserit, sicut is, qui deponi apud se passus est: a an etiã culpæ, idest, desidiæ atque negligẽtiæ nomine, quæsitũ est. præualuit tamen etiã culpæ nomine teneri b eũ. † Culpa autem non ad exactissimam diligẽtiam dirigenda est. Sufficit.n. talem diligentiam communibus rebus adhibere socium, qualem suis rebus adhibere solet. c Nam qui parum diligentem d socium sibi assumit: de se queri, sibique hoc imputare debet.

DE MANDATO.

Obligationum aliæ re contrahuntur, aliæ verbis, aliæ literis, aliæ consensu: vt supra de obliga. Item earum quæ ex consensu, aliæ per venditionem, aliæ per locationem, & conductionem, aliæ per societatem, aliæ per mandatum: vt supra de obliga. ex consensu. in principio. De tribus primis dixit, nunc de quarta, idest, de mandato. Accur.

TITVLVS XXVII. DE MANDATO. †

Mandatum obligatorium contrahitur pluribus modis: nec obligatur quis si mãdatarij gratia tantum mandet.

Mandatum e cõtrahitur quinq; modis: f siue sua tantùm gratia aliquis tibi mandet, siue sua & tua, siue aliena tantùm, siue sua & aliena, siue tua & aliena. At si tua tantum gratia mandatum sit: superuacuum est mandatum: & ob id nulla ex eo obligatio, g nec mandati inter vos actio nascitur.

Eius gratia fieri mandatũ dicitur, cuius emolumentum respicit.

Mandantis tãtum gratia interuenit mandatũ: † velut, siquis tibi mandet, vt negotia eius gereres, h vel vt fundum ei emeres, vel vt pro eo sponderes. Tua gratia, & mandantis, veluti, si mandet tibi, i vt pecuniam sub vsuris crede-

Mandatum. Totus iste ti. diuiditur in quatuor partes. Primo ponit quot modis mandatum cõtrahitur, & illud per exempla declarat. Secũdo quod si contra mãdati nõ sunt prætereundi. Tertio, quo mandatum finiatur, & qñ mandatũ possit renunciari. Quarto, quod mãdatum debet esse gratuitũ. Secunda ibi, Is qui. Tertia ibi Rectè. Quarta ibi, In summa. CASVS. Quæsitu à Iust. de mandato quot modis cõtrahitur. & ipse considerans respondet. quod sex modis. Dicit. n. quod mandatum quinq; modis obligatorijs cõtrahitur. Aut enim tua gratia cõtrahitur &c. non alijs quatuor modis enumeratis in litera. Sextus autẽ modus non est obligatorius: quia quando aliquis tua gratia tantũ mandat, nullum est mandatum, nec aliqua nascitur obligatio. sed quinque modis præcedentibus obligatio cõtrahitur, & ex his mandati actio nascitur.

e Mandatum. Mandatũ est officium gratuitũ ab eo, qui susceperit exhibendũ. nisi enim fiat gratis incipit esse locatio, si non erat facturus aliàs tale factũ ideoq; locati cõsueuit vt j. eo. §. si & fit per verbum rogo, volo, mando, supplico, & similia: vt ff. e. l. j §. j.

f Quinq; modis. Imò videt quod sex. vt sequitur. Sed dic quinque s. obligatorijs. Vltimũ n. s. qñ tua gratia non est obligatoriũ: vt ff. eo. ti. l. ij. § si. Itẽ secũdũ Io. est quoddã aliud sextũ obligatoriũ. vt cum sua gra. & tua, & aliena aliqs tibi mãdat, vt emas fundũ pro me

& te, & Titio. Acc. ADDITIO. Et exẽplifica: vt ff. eo. l. si procuratorẽ. §. si tutores. vbi tutor mandat cõtutori suo, vt seruũ necessariũ emat pupillo. & sic gratia mãdãtis, & mãdatarij, & pupilli cõtrahitur mãdatũ.
g Obligatio. Nisi dolus, & calliditas intercedãt: vt ff. de regul. iur. l. consilij.

Mandantis tantum. CASVS. Quæsiui à Iustin. dñe, qualiter pòt interuenire mandatũ gratia mãdantis tãtũ? Et resp. quod tunc mandantis gratia interuenit mãdatũ, cũ mãdat tibi aliqs, vt negotia ei° geras, aut fundũ ei emas, aut pro eo fideiubeas: & si tale mãdatũ susceperis, de necessitate obligaberis: quanquã ab initio tibi liberũ sit suscipere mandatũ, vel nõ suscipere. & h. d. & super illa gl. & nũc quia suscepit, intellige quod si bene gessisset, nõ esset obligatus item si malè gessit, nõ propter hoc est obligatus. Sed si malè gessit, cũ ei esset mandatũ, obligabitur ne eodẽ n. ô ac si tua esset mandatũ vt nõ ageret. & gessit tua gratia, & sua? Et tñ quod nũc hoc modo contrahitur, sed malè impletur. Modo sumus in ver. tua grãtia, &c. Quæsiui à Iustin. qualiter mandatum contrahitur. quãdo aliquis tibi mãdat, vt sub vsuris pecuniã credas ei, qui rẽ suã esset mutuaturus. vel si fideiussor datus tibi, mãdet tibi volenti agere cõtra eum, vt periculo suo experiaris cũ reo principali, vel si idẽ fideiussor tibi mãdet. vt suo periculo stipuleris à quodã, quem delegabit tibi eo tempore, quo cœpisti agere contra eum. Qualiter. n. homini mandata contrahantur, tam mãdãtis gratia quam mandatarij, patet cuilibet intuẽti. & sumus in vers. & aliena &c. Modo videam° qualiter aliqs mãdat gratia alterius tantum, exemplum est planũ, veluti, si mãdet tibi aliqs, vt Petri negotia gereres. quod nõ est gratia tui, nec sui, imò solũ gratia Petri, & sic de alijs exemplis. In ver. sua & aliena &c. ponit exẽplum qualiter mãdatum cõtrahitur gratia sua, & aliena & alius ad vtilitatem suã: & est exemplum tale: veluti, si de cõmunibus negotijs sibi, & Titio, tibi mandet aliquis, vt sibi, & Titio fundũ emeres, vel vt pro eo & Titio penes aliquem spondeas. h. d. Frã.

h Gereres. Et tunc quia suscepit mandatum, nõ quia gessit, tenetur. vt ff. eo. l. si remunerandi. § j.

i Sub vsuris. In hoc est vtilitas mutuãtis propter vsurarũ lucrũ. Sed cõ. ff. de vsu. l. cũ quidã. §. si pupillo. in fi. Sed ibi debet subaudiri tñ. Vel dic non sunt propter lucrum inductæ leges principaliter, vt ibi, secundario tñ sic, vt hic dr. Acc. ADDITIO. Sol. aliter secundũ doc. aut vsuræ debent ex stipulatu quia i stipulatũ expsse deductæ sunt: & tũc lucrũ sapiũt, & loquitur hic. Aut debentur vsuræ propter morã, siue negligentiam non soluẽtis, & tunc non sapiunt lucrũ quia ra-

qu in

a Intellige si fit cõ filium est honestum, et esset aliàs facturus. Et ita qui ex hoc dãni sentit fuit, indistincte tenetur, per Ang. hic.

† Mãdatum imperat voluntatẽ spõtaneã: iussum necessitatẽ: rogatio si emanat à superiore, præceptum. Hinc vulgo dicitur. legatio dat præceptum. Ouid. est orare ducum species violenta iubendi. Et quasi mandato supplicatẽ se potens. Ausonius. Blãdo sub lare impetrantium. vide gl. in l. j. § vers. sed ego. ff. quod iussu. Ego Petri.

† Sic ff. mandati.

res ei, [a] q in rē ipsius [b] mutuareť: aut si volēte te agere cū eo ex fideiussoria causa, mādet [c] tibi, vt cum reo agas periculo mādātis: vel vt ipsius periculo stipuleris ab eo, quā tibi delegeť in id, qđ tibi debuerat. Aliena aũt tm̃ causa interuenit mandatum: veluti si tibi aliqs mandet, vt Titij negotia gereres, vel vt Titio fundũ emeres, vel vt ꝓ Titio sponderes. Sua, & aliena: veluti si de communib⁹ suis, & Titij negotijs gerēdis tibi mandet; [d] vel vt sibi, & Titio fundũ emeres, vel vt ꝓ eo, & Titio sponderes. Tua, & aliena, veluti si tibi mādet, vt Titio sub vsuris crederes: qa si sine vsuris pecuniā crederes, [e] aliena tm̃ gr̃a intercedit mādatum.

Mandatum gratia mādatarij tantũ factum, potius cōsilium, quā mādatũ est: quamobrem mandātē non ligat: cũ ex cōsilio ēt pernicioso nemo obligetur: nisi vt certa ꝑsona mutueť, mādatũ fuerit.

Tua tantũ gratia [f] interuenit mādatũ: veluti si tibi mandet, vt pecunias tuas in emptiones potius prædiorũ colloces, quam fœneres: vel ex diuerso: pecunias tuas fœneres potius, quā in emptiones prædiorũ colloces. Cui⁹ generis mādatũ magis cō siliũ, quā mādatũ est, & ob id nō est obligatoriũ: qa nemo ex cōsilio [g] mādati [h] obligať, ēt si non expediat ei, cui mandabatur: cum liberum [i] cuique sit, apud se explorare, an sibi expediat consilium. itaq; si otiosam pecuniam domi te habentē hortatus fuerit aliquis, vt rem aliquā emeres, vel eam crederes, quāuis non expediat eā tibi emisse, vel credidisse, non tñ tibi mandati tenetur. Et adeò hęc ita sunt, vt quæsitum sit, an mandati teneatur, qui mandauit tibi, vt pecuniam Titio fœnerares. sed obtinuit Sabini sententia, obligatorium esse in hoc casu mādatum: qa nō aliter [k]

quam interesse præstantur, & loquitur d. l. cum quidam. §. si pupillo. Christoph.

[a] Ei. Puta procuratori mandantis.

[b] Ipsius. s. mandātis. Et in hoc est vtilitas mādātis.

[c] Mandet. Scilicet fideiussor. Et hoc casu agetur contra fideiussorē mandantem actione mā dati, non ex stipulatione prima si nouādi animo hoc mā datũ intercessit: vt ff. eodem. l. si mandato meo, in hac legit. Si autem non nouādi animo, agetur ex prima causa: vt ff. de procur. l. licet. §. ea obligatio. in fine.

[d] Mandet. Hic agi pōt duabus actionibus, mandati scilicet contra mandantem, & negotiorum gestorum contra Titium, quæ datur & mandanti: vt C. de nego. gest. l. si mandatum.

[e] Crederes. Scilicet mandauerit.

Tua tantum gratia. CASVS. Vidistis iā qualiter quinque modis obligatorijs ɔ̄hitur mandatum, licet etiam sexto modu ɔ̄hatur mādatum, sed non sit obligatorium: veluti si mādet Titi⁹, vt pecunias tuas poti⁹ fœneres, quā in emptionem prædiorũ colloces, vel ecōuerso, & hmōi obligatio plus sortitur nomen consilij, quā mandati, & hac de causa nō est obligatorium, & illud patet euidenter, quia nemo ex huiusmodi consilio obligatur quamquam mandatario non expediat, nisi in casibus exceptis: & hoc ideo est, quia liberum est suscipienti consilium penes se explorare, an susceptum consiliũ sibi expediat, necne, & pp hoc si te pecuniam habentem monuerit aliquis, vt ex ea rem aliquā compararet, vel crederes, non tenetur tibi iudicio mandati, licet tibi non expediat eam emisse, vel alicui credidisset & hæc vera sunt, cũ mandatum fit sine assignatione certę personę. Sed pone q mandabat tibi aliquis, vt Titio nominatim crederes pecuniam, nunquid eo facto is qui tibi mandauit, erit tibi obligatus? Et certè secundũ sententiam domini Sabini dicendũ est, q sic, quia forte aliter non credidisses Titio, nisi tale mandatum suscepisset. Franc.

Cōsilium non facit quem teneri, nisi in casib⁹ quibusdā.

[f] Tua tantum gratia. Hic autē addunt doc. sextũ modum, quod dic vt s. eo. in prin. in glo imò vide tur &c in fine glo.

[g] Ex ɔsilio. Nota bonā regulā, quę de consilio non teneri. Fallit tñ in casibus, qui his legibus dicũtur: vt ff. de do. l. quod si cum scires. & ff. de ꝓxene. l. ij.

Sed certè ibi fuit fraudulētũ ɔsiliũ: vt ff. de reg. iur. l. consilij. Item fallit, vt ff ad legem Aql. l. liber homo. j. rñ. & j. de iniur. §. non solum. & ff. de iniur. l. nō solũ. in prin. & §. Proculus & ff. quod vi aut clā. l. semp. §. j. & ff. de furt. l. si quis vxori §. cum Titio. & ff de ser. corrupt. l. j. primo respons. & §. persuadere. sed hoc in maleficijs, iō nō dixit mandati tenetur tamen vel de dolo, vel alijs actiōibus. Item aliàs facturus nō erat in prædictis casibus, aliàs obtinet hæc regula: vt hic, & ff. eodem, l. si remunerādi. § plane. Sed certè nec his casib. videť teneri: vt j. prox l. §. sed hic non tenetur illi cui tale consilium præstitit, vt ibi: sed illi in cuius læsionem cōsuluit, vt hic dicimus. Vnde dici potest, quòd nec his casib⁹ fallit dicta regula: cum dicat non teneri illi, scilicet cui consilium præstitum est: nisi in casu illius l. fina. ff. de dolo. l. q si cum scires, & illius legit ff. de proxene l. 2.

ADDITIO. Eandem gl. habes ff. eo. l. ij. §. fina.

[h] Mandati. Scilicet actione.

[i] Liberũ. Scilicet suscepto ɔsilio, sed suscepto mādato necesse est consummari, secundùm leg. nisi congruo tempore renũcietur, vt j. eod. §. mandatum. & ff. eod. l. si mādauero. §. si & ff. commo. l. in commodato §. sicut.

[k] Non aliter. Hoc esse videtur pro opin. Plac. q dixit duo, scilicet vbi consulo certæ personę mutuari, teneor ita demum, si aliàs facturus non eras. Vbi autem non est designata aliqua persona, non teneor: etiam si aliàs facturus non eras. Sed Ioan. in vtroq; casu dicit contra. Nam primo indistinctè teneor, siue aliàs eras mutuaturus, siue non. secundo autē, cum distinctione, non aliàs. & facit p:o eo ff. eodē, l. si remunerādi. §. plane. & supra eodem. §. tua & aliena. in fi. & ff. de negot. gest l. tertia. in fi. & lege quarta. Nec obstat. quod hic dicitur: quia & si aliàs etiam facturus erat, tenetur, qui mandauit. vt dictum est: vnde potest subaudiri maxime, quia non aliter &c.

ADDITIO. Hæc opinio Ioan. veluti communior approbatur: de quo in l. si remunerandi. §. plane. ff. eo. Christophorus.

Illud quoq;. CASVS. Dixi Insti. Dñe s. vidimus qualiter mandatum cōtrahitur quinq; modis obligatorijs, & etiam sexto modo non obligatorio quod

quid modo plus dicetis! Et dñs Iusti. rñdet: Frater: vna cum prædictis scire debes, q̃ sicut mandatum gratia tua tñ. non est obligatorium. sic nec ɔsilium seu mandatũ de re turpi: veluti si tibi mãdet aliquis vt furtum facias, vel iniuriam aut damnum alicui inferas, hmõi nõ obligant quem. & si mãdatarius præstiterit pœnam ei ɔ quem deliquit: attamen aduersus mandantem nullam habebit actionem. Fran.

mihi fundũ p cẽtũ aureis p minori ptio illũ cõparauit: nũquid habebit act. ɔ me? Et certe sic: quia tñ videor mãdasse, vt dictũ fundũ p minori ptio emeret si posset. litera est plana vsq; ad fi. tit. Fran.

Titio credidisses, quã si tibi mandatum esset.

Mandatum rei turpis, vel contra bonos mores, non valet.

Illud quoq; mandatũ non est obligatorium [a] quod ɔ bonos mores [b] est: veluti, si Titius de furto, aut de dãno faciendo, aut de iniuria faciẽda mãdet tibi: licet .n. pęnã istius facti nomine pstiteris: [c] non tñ vllã habes aduersus Titium [d] actionem.

Mandati fines excedere nequaquam licet: alioqui excedenti (quatenus excesserit) mandati actio denegatur.

Is qui exequit̃ mandatum, [e] non debet excedere fines mandati. vt ecce, siquis vsq; ad centum aureos mãdauerit tibi, vt fundũ emeres, vel vt pro Titio spõderes: neq; pluris emere debes, neq; in ampliorẽ pecuniã fideiubere: aliòqui non habebis cũ eo mãdati actionẽ: [f] adeò quidẽ, vt Sabino, & Cassio placuerit, ẽt si vsq; ad centũ aur. cũ eo agere volueris, inutiliter te actu rũ. Sed diuersæ scholæ autores rectè vsq; ad centũ aur. te acturũ existimant, quę sñia sanè benignior est. Qđ si minoris emeris, habebis, s. cum eo mãdati actionem: [g] qm̃ q mandat, vt sibi centũ aureorum fundus emeret, is vtiq; mandasse intelligitur, vt minoris (si possit) emeretur. [h]

Mandatum re integra reuocatum extinguitur: rem autem integram appellamus, siquando nihil quod ad mandati consummationem attinet, vel factum, vel inchoatum sit: morte quoq; mandantis re integra contingente euanescit mandatum: mandatario tamen mortem, aut reuocationem ignoranti subuenitur.

Rectè [i] quoq; mãdatũ ɔctũ, si dũ adhuc integra res sit, reuocatum fuerit: euanescit. [k] [l] Itẽ, si adhuc integro [m] mãdato mors alterutrius interueniat, i. vel eius, qui mãdauerit, vel illius, q mãdatũ susceperit: soluitur mãdatum. † Sed vtilitatis causa receptum est, si eo mortuo, qui tibi mandauerat, tu ignorans eum decessisse, executurus fueris mandatum: posse te agere mandati actione:

a Non est obligator.ũ. • Et si iuramentum intercederet: vt in Auth. sacramenta puberum. sacramenta si solũ. § j. col las v. • & facit ad hunc. § ff. eo. l. si remunerãdi § rei turpi. & l. si mandauero. ij § qui ę lem. & ff. d arb l. si cũ dies. § cõpromissũ. & ff. de inut. stip. § quod turpi & ff de verb. obligatio l. generaliter & l. sequ & ff. de cõdic. inst. t. l. cõditiones j. & ij.

b Cõtra bonos mores. Hic quæritur, quid si mandaui tibi, vt illi nomine meo iniuriã inferres, an teneor: Rñ. vtique arg. ff de dã. infect. l. damni. §. si mandato.

c Præstiteris. Scilicet ei, cui commissum est maleficiũ, vt pœnam dupli. & ita licet interfũt mãdatarij: tamen non agit, quia nec interesse fingitur: vt ff. de cond. inst. l. si litis. in fine. & in elius ff de reg. iur. l. quod quis ex culpa. in fin.

d Titium. Scilicet mandantem.

Is qui exequitur. CASVS. Dixi Iusti. Dñe. bene vidi quot modis, & qualiter ɔhitur mandatum: pro Deo dicatis mihi, qualiter mandatarius teneť exequi id, quod sibi dať in mandatis! Dixit ipse. scire debes q̃ si mandetur alicui sub certa forma, nõ debet mandatarius illã formam excedere. nã si aliquis tibi mãdasset, vt ei fundũ emeres, veluti p centũ. vel vt p Titio in ista pecunia spõderes. nec teneberis pluris emere, nec i ampliorẽ pecuniã fideiubere: q̃ si feceris, ad id qđ expẽderis pdictã actionẽ n habebis. vnde Cassius & Sabinus dicebãt in hoc casu, q̃ nõ competeret tibi actio ɔ mandantẽ ẽt p cẽtum aureis in mandato comprehẽsis: & hoc si contra formã mandati plus expenderis. Alter tamen obtinuit secundum opinionem aliorũ, quòd vsq. ad pecuniam in forma mandati comprehẽsam agere poteris. Sed pone q̃ is eni mandaui, vt emeret

e Mandatũ. s. certæ formæ. Nam qñq. habet certã formã: & tũc habet locum qđ hic dř: vt ff. eod. l. diligenter. qñq. non: & tunc bona fide facere debet: vt ff. eo. l. iij. & probant etiam hæc distinctio ff. eod. l. si quis pro eo.

f Mãdati actionẽ. Sed nec certè nego. gest. sm̃ B & Ioh. & est p eis. C. de nego. gest. l. vlt. & ff. de nego gest. l. qui aliena. §. libertos & de pecu l. si creditor. §. j. Sed M dabat vtilem nego. gest. actionem & respondebat illi l. fin. de negot gest. q a specialis ibi fuit prohibitio. ‡ Sed certè miror de hac opinione, cum videaŧ lex expedita, q̃ etiã vtilem denegat expressè: vt ff. e. l si p te. & ff de ędil. edic. l. j §. causa.

g Mandati actionem. Pro pretio dato vt ff. de in r. vet. l. si fundum.

h Emereť. Est autẽ illa ratio: quia maiori summæ minor inest: vt hic. & ff de verb. oblig. l. j. § ij. & l. inter stipulantẽ §. ij. & ff. de receptis arbit. l. diẽ. §. si plures.

ADDITIO. Et hæc vera, vbi negotium, quod mãdaŧ, respicit damnũ vel vtilitatem mandantis, vel mandatarij: secus si tertium tantum: quia nõ potest ampliari nec restringi tanquam odiosum, vt in c. cui de non sacerdota. li. de præben in vj. Ioan. Fab.

i Rectè. Nam si non rectè, non est necesse reuocari: vt i. eo. §. illud

K Euanescit. Speciale est in mandato, vt se facile reuoceť p voluntatẽ vnius partis tñ: in alijs. n. ɔtibus non sic. vt C. de act. & oblig. l. sicut. q̃ est ɔtra hunc. Et est ratio quia hic non statim interest. & id non statim hinc inde nascitur obligatio, quæ ex interesse datur: vt ff. eod. l. si procuratorem. §. mandati actio. & fac ad hunc §. ff de iurisdic. l. & quia. & ff. de mino. l quod si minor §. Scæuola & C. de repu. hære. l. h & ff. de rit. nup. l. plerique.

l Item si adhuc integro. Sed vsq. quò dicitur integrum! Resp. Si mãdata fuit emptio donec arrhas dederit, vel alias se emptori obligauerit. & idem in similibus.

• Quia talc turpe velut peccati nutritiuũ, nec ɔtũ firmat. c. nõ est d reg iur. li vj. Egi. Per.

Et hoc verum in oĩbus pactis q ĩõe turpitudinis vel publicæ vtilitatis principaliter improbant. Secus si secundario vel in odiũ credi toris aut pp defectum sensus: vł imbecillitatẽ psonæ improbẽtur, quia iurãtũ ɔfirmanť. Et qđ dř nõ valere iuramentũ ɔ legẽ intellige de canonica nõ aũt de ciuili: vt per Ang.

‡ Quo casu nõ habet hic vtilẽ, nisi in casibus ppris & notatis, puta aliẽdo liberos, vel faciendo id qđ tendit ad exonerationem, vel cuasionẽ persone, seu infamię mandãtis, vt p Io. Fab. & Ange. hic.

† Simile in c. si cau sis vbi res non esset integra, cum glo. sup verb. Integra ex tra d cle.

† Nisi mãdatum sit exequendum post mortem, vel mãdãtis de celebratione immo exequ. Egi. Per.

alioq [a] iusta, & ꝓbabilis ignorātia [b] tibi dānū afferret. [c] Et huic [d] simile est, qđ placuit, si debitores manumisso dispēsatorī Titij ꝑ ignorantiā liberto [e] soluerint, liberari eos: [f] cum alioq stricta iuris rōne nō possent liberari: [g] quia alij soluissent, q̃ cui soluere debuerint.

Mandatum suscipere, voluntatis est: susceptum verò adimplere, necessitatis: nisi congruo tēpore illi renuncietur, ꝙ si aut non renuncietur, aut intempestiuè renūciatū sit, mādati actio aduersus mandatarium competit, nisi iusta ratione excusetur.

Mādatū non suscipere cuilibet liberū est, susceptū aūt cōsummādū est, aut quāprimū [h] renunciādū: vt ꝑ semetipsum, aut ꝑ aliū eādē rē mādator exequatur. Nā nisi ita renunciet, vt integra causa mādatori reseruet eandē rē explicādi, nihilominus mādati actio locum habet, nisi iusta causa [i] intercesserit, aut non renunciandi, aut intempestiuè renunciandi. Mandatum & in diē differri, & sub cōditione fieri potest.

Mādatū debet esse gratuitum, aliàs transit in alium contractum. Are.

In summa [k] sciendū est, mandatum nisi gratuitū sit, in aliā formā negotij [l] cadere. Nā mercede [m] cōstituta, incipit locatio, & cōductio esse. Et, vt generaliter dicamus, quib. casib. sine mercede suscepto officio mandati, siue depositi cōtrahitur negotiū: his casibus interueniente mercede [n] locatio, & conductio intelligitur cōtrahi. Et ideo si fulloni [o] polienda, curandave quis dederit vestimenta, aut sarcinatori sarciēda, nulla mercede constituta, neque promissa: mandati competit actio. [p]

TITVLVS XXVIII.

DE OBLIGATIONIBUS QUÆ QUASI EX CŌTRACTU NASCUNTUR.

mslib. Et (vt breuius accipias) si iā cœperit interesse mandatarij, non est res integra, aliàs sic: arg. ff. e. l. si ꝓcuratorē. §. mādati. Si verò nō est res integra, nō finitur mādatū, nisi in iudicio: vt ff. de iud. l. iā ex ꝯctis bus §. fin. [1] Sed quid prodest, si nō finitur mandatum re nō integra? Respon. quia per hęredem cœpta negotia debent cōsumari. ff. pro soc. l. si. licet noua inchoare necesse nō sit: vt ff. de ne. gest. l. nam & Seruius. §. si viuo. & ff. ꝓ soc. l. hæres so cij. quod non est re integra, cum nullū cœptum sit.

a Alioqui. Idest si non posses agere. Accor.

b Probabilis ignorātia. Quæ est in facto alieno: vt hic, & ff. eo. l. idemq;. §. penul. aliàs nō ē ꝓbabilis: vt ff. ad Velleia. l. quamquam. & C. de rescin. vend. l. quisquis. & ff. de ędi. edic. l. t. §. causa.

c Afferet. Quod esse non debet.

d Et huic. Scilicet proximo casui.

e Liberto. Idest dispensatori. & seruo. Accur.

f Liberari eos. Facit ff. si cer. petat. l. eius qui in prouincia. & C de solu. l. si eum seruus.

g Non possent liberari. Nisi in casibus, vt j. quib. modis tol. obl. in prin. dicemus.

h Quàm primum. Scilicet potest fieri.

i Iusta causa. Puta casus fortuitus. nam de dolo tenetur, & lata culpa, & leui, & leuissima secundum B & Ioā. vt C eodē. l. in re mandata. & l. a procuratore. Alij dicunt de leuissima mandatarium non teneri: sed de dolo tantum, quando gratia mandantis tantum fit: vel de leui culpa, quando vtriusque gratia, instar aliorum contractuū: vt ff. de reg. iur. l. contractus Sed primū videtur verius: cum hic contractus multum differet ab alijs contractibus.

ADDITIO. Tu dic, quòd de lata, leui, vel leuissima culpa eatenus tenetur quatenus id quod venit in mandato exactam, vel exactissimam requirit diligentiam. Angel.

K In summa. Idest, breuiter amodo hunc titulum expediamus.

l Negotij. Idest, contractus.

m Mercede. s. vt mercede: et quia aliàs nō erat paritutus madato. si aūt aliàs paritutus erat, & ꝯstituatur aliquod salariū gratia remunerandi, non minus erit mandatum. vt ff eod. l. si remunerandi. j. respo. Et ad huius rei euidētiā distingue: quia aut est īcertū re, & gńe: puta si dicam tibi, Bene retribuam tibi hoc seruitium: vel recognoscam, & tunc nō pōt peti quicquam: vt C. eod. l. salariū. & ff. eo. l. q mutuā. §. salarium. [4] Aut certum gńe, licet incertū specie. vt dabo tibi equum, vel par vestimētorum: & tunc potest dici, ꝙ valeat ꝯuentio salarij: cū non sit ꝑrsus incertum: vt ff. eo. l. si fideiussor. in gl. j. secūa in ijs. q pōdere, vel numero consistunt: vt ff. de leg. j. l. si hominem. Si autem certū omnino: tunc aut stipulatione ꝓmittit, & tunc certi condictione petit. Si aūt sine stipulatione, & incōtinenti añ mādatum vel post: petitur actione ex eo ꝯtu. s. contaria mādati informata. Si autem ex interuallo, scilicet postquā contrahentes ad alia diuertissent negotia, petitur officio [*] iudicis: vt C. eodem. l. j & ff. eodem. l. salarium. & C. de pact. l. petens. & de duobus reis. l. duos. in fine. Accursi.

Corp⁹ liberũ, est inæstimabile. Cõdictio furtiua ad possessionẽ, vel pprietatẽ apetit.

Fur. furtiua res & condictio furti. quãdoque se parãtur.

† De mã huius. §. vide in c. qui cũ fure. iuncta gl. extra. de fur.

actione furt. tenentur. Et caue tibi, quod bene scias literam, & naturam distinguere: quia quod iam dictum est, quod ille cuius ope fit furtum, tenetur act. fur. intellige de eo, qui opem expressam praebuit: sicut si aliquis furtum volenti facere, sciens quid ipse facturus esset, accommodauit scalas, vt fenestram ascendat, & frangat. nam aliter vult litera sequens. s. quod ille, qui praebet consilium tantum facienti furtum, act. furti nō teneantur: veluti si aliquis solū cōsiliū dederit alicui facienti furtum quia tunc actione furtiua non tenebitur. h.d. Et ita habes in hoc §. tres casus. vnus est quando aliquis opem, vel cōsilium expressum praebuit furtum facienti. secundus quando opem, vel consiliū tacitū. tertius, quādo solum cōsilium, & non opem. In primis duobus casibus tenetur act. furt. in tertio non tenetur. h.d. Fraue.

teneē a qui ipse furtum nō fecit: qualis est is, cuius ope, & cōsilio furtū factū est. In quo numero est, qui tibi numos excussit, vt alius eos raperet: aut tibi obstiterit, vt alius b rem tuam exciperet: aut oues tuas, vel boues fugauerit, vt alius eas acciperet. Et hoc veteres scripserunt de eo, qui panno rubro fugauit armentum. Sed si quid eorū p lasciuiā, c & nō data opera, vt furtum admitteretē, factum est: in factum d actio dari debet. At vbi e ope Maeuij Titius furtum fecerit: ambo furti tenētur. Ope † & consilio eius quoq; furtū admitti vr̄, qui scalas fortè fenestris supponit: f aut ipsas fenestras, vel ostium effringit, vt alius furtum faceret: quive ferramenta ad effringendum, aut scalas, vt fenestris supponerenē cōmodauerit, sciens cuius rei grā cōmodauerit. Certè, qui nullā opē ad furtū faciendū adhibuit, sed tm̄ consiliū dedit, atq; hortatus est furtū faciendum: non teneē furti. g

Si quid filius patri furto surripiat, furtum facit, idq; furtiuum efficitur, & ea propter vsucapi le. filius tamen furti conueniri minimè potest: opem autem, & consiliū illis praestans potest.

Ij, qui in parentū, vel dñorū ptāte sunt, si rē eis surripiūt, furtū qdē faciunt: & res i furtiuā cām 'cadit: nec ob id h ab vllo vsucapi pōt, antequam in dñi ptātem reuertatur: sed furti actio non nascitur: i quia nec ex alia vl la causa pōt iter eos actio nasci. Si verò † ope, & consilio alterius furtum factum fuerit: quia vtiq; furtū cōmittitur, cōueniē ter ille furti teneē, quia verū est, ope, & cōsilio eius furtum factum esse.

Actio furti competit illi cuius interest furtum factum nō esse. Aretinus.

Furti aūt actio ei cōpetit, cuius interest k rem saluā esse, licet dñs non sit. Itaq; nec dño aliter competit: quā si eius interfit rem non perire. Vn̄ cōstat, creditorē de pignore surrepto furti actione agere posse, ēt si idoneū debitorem habeat: quia expedit ei pignori potius incūbere, quā in personā agere. Adeò quidem, vt quāuis ipse debitor eam rem surripuerit: nihilominus

a Furti tenetur. Nō manifesti: licet etiā deprehendatē: vt ff. eo. l. is qui.

b Alius. Facit ad hoc ff. ad leg. Aquil. l. si seruus seruum §. si quis de manu mihi. & ff. eo. l. l. furti. § penult. & l. qui seruo.

c Per lasciuiam. Idest, stultitiam.

d In factum. Idest, vtilis legis Aquiliae, si corpora laesa sint: alioqui subsidiaria, vt j. ad leg. Aqui. §. fi. & §. pen.

e At vbi. Aduersatur proximo dicto, vbi dixit dari in factum.

f Supponit. Nota hic dari consilium solo facto, aliàs dicitur cōsilium i hominis intentio, vel propositum: vt ff. eod. l. si quid fur § j. Item dr̄ consilium, quod alij datur, bonum, vel malum: vt ff. eod. l. in furti. §. pen. in fi. Item consilium dicitur, quod capitur à multis: vt C. de leg. & consti. l. humanum.

g Non tenetur furti. Cum aliàs esset facturus furtū ēt sine consilio huius. aliàs. l. si non erat aliàs facturus: tenetur vterq; ff. de fur. l. qui seruo. & de verb. sig. l sępe. Aliud vr̄ in act. de serui corrupti: vbi tenetur ēt si aliàs esset facturus. nec n. oportet laudando augeri malitiam: vt j ad leg. Aquil. § caeterū & j. de actio. § in quadruplum. & ff. de ser. corrup. l. j. §. per suadere. Sed quae est ratio? Respon. quia hic agitur de delicto secuto post persuasionē, non autē ex ipsa persuasione. Et ideo distinguitē, an erat aliàs facturus, vel nō sed in alijs casib ex ipsa persuasione agitur, quicquid postea sequatē: vt ī. eo § vnde illud dummodo non ex interuallo nimio sequatur: vt ff de ser. corrup. l. in hoc & l. Neratius. Item est ī j. de iniu. §. non solum. Sed ibi non erat aliàs facturus, & fecit.

Ii, qui in &c. CASUS Meus filius, vel seruus meus codicem meum mihi surripuit: nunquid possum ī eū agere act. fur. Rñd. quod non. res tū ipsa i furtiuā cām deuenit. vnde vsucapi nō pōt antequam in dñi ptātē reuertatē. Si tū aliquis filio meo, vel seruo mihi furtum facienti ipsum consilium, & opem dederit: tenebitur actione furti. Franciscus.

h Nec ob id. quod verum est, scilicet rem furtiuam non posse vsucapi, nisi fuerit lis aestimata, vel dominus vendiderit furi: 4 vt ff. eodem. l. quamuis. in fi. tit. Accu

i Non nascitur. Nisi sit filius habens castrense peculium, vel quasi castrense. vbi filius tenetur patri, & pater filio. Idē de vxore, quod hic de filio dicitur. vt ff. eod. l. si quis vxori. l pri. & l §. j.

Furti autem actio &c. CASUS Dixi legislatori. Domine iam bene video in quibus potest fieri furtum: quia nedum in re aliena sed & in re propria. Sed domine, pro Deo cui competit actio furti? Ipse respon. dicens, quòd act. fur. competit ei, cuius interest rem nō fuisse surreptam, quamuis nō sit dominus rei surreptę: quia etiam ipsi domino rei non competit nisi eius intersit furtum factum non esse. vnde si creditori res obligata surripiatur: domino rei scilicet, debitori, non competit actio. fur. sed magis creditori ipsi quamuis enim creditor habeat actionem personalem, per quam possit à debitore suum ɔsequi, si idoneus fuerit debitor: tū tutius est ei pignori incumbere, quam in personam agere. & hoc vult innuera: quia si debitor creditori pignus surripuerit, poterit creditor contra debitorem actione furti experiri. hoc dicit.

k Cuius interest. Etiam modicè: vt ī. tit. j. §. fina. & ff. vi

† Contra. cū hoc §. ca. si culpa. iuncta glo. super ver. tulisti. extra. de iniu. & dā. da.

† Quid si t lasciuia pulsentē Bude. in annot. ad Pādectas. ti. de loca. & cōduct. l. ex conducto §. sed & si labes.

† Consiliū quot modis capiatē. Mando in Glo. Facul. §. Habita, in ver. consilia.

† Dic vt per. Bart. in l. nō solū. §. si ex mandato. ff. de iniu. aduersus tū quod isto casu cōtra dēdū est, quod tenetur de dolo, vel. l. si cū ferret. ff. de dolo. Ange.

† Sic, licet aliàs vbi principale nō tenet nec accessoriū l. grecè. § idē. ff. de fideiusso. hoc tamē fallit hic: quia licet principalis faciens furtū nō teneatē, tenetur tū persuasor. Vide Bar. in l. si quis seruo. ff. eo. Egid. Per.

4 Idem si redeat in dñi potestatem de quo dic vt per An. in §. aliquando. ī. eod.

Furti agit cuius interest.

ff. vi bo. rap. l. 2. §. in hac actione. versi. sed ideo addidi. itē oportet. q interfit ex iusta causa, & probabili. nō si est malefi. rei possessor, vel huius rei fur, furti nō aget: vt ff. eo l. itaq. circa prin. ver. sed furti. & l. cū q emit §. is aūt. Sed si bonū initium habuerit: vt quia sibi cōmodaui, vel locaui, habet actionē furti. Et hic ē casus, i quo fur furti agere pōt: vt ff. e. l. qui vas. §. si ego tibi. ver. quia non debueras. ibi. furtum admiseris.

beat furem cōuenire: vt ff. loca. & conduc. l. cū in plures. §. vestimenta. Sed ibi de actione in rem, vel condictione furtiua dicit: hic autem de actione furti.
g Idem est. Vt furti actio competat dño, & facit ad hunc §. ff. de condictione sine causa in l. si fullo.

Fur furti quandoq. agit.

nus creditori cōpetat [a] actio furti. [b]

Qui aliena rei custodiē dæ exactam curam præstare tenetur (vtputa fullo, & sarcinator) re furto sublata, contra furem experiri possunt: modo integrè soluendo existant.

Itē si fullo [c] poliēda, curādave, aut sarcinator sarciēda vestimenta mercede certa cōstituta [d] accepit, easq; furto amiserit: ipse furti hēt actionē, nō dñs: qa dñi nihil interest, eā rē nō perire: cū iudicio locati à fullone, aut sarcinatore rē suā psequi possit. Sed & bonæ [e] fidei emptori surrepta re, quā emerit, quāuis dñs nō sit, oino cōpetit furti actio, quēadmodū & creditori. Fulloni verò, & sarcinatori non aliter furti actionē cōpere placuit, q̄ si soluēdo fuerint, hoc est, si dño rei æstimationem soluere po sint. [f] Nam si soluēdo nō sint: tunc qa ab eis suū dñs conseq nō possit, † ipsi dño furti competit actio: quia hoc casu ipsi interest, rem saluam esse. Idem est, [g] & si in parte soluendo fuerit fullo, aut sarcinator.

Qui è duabus experiūdi vijs alterutram elegerit: ita demum alteri renuntiasse videtur, si sciēs prudēsq; plures sibi cōpetere, alteram intentarit: q si aut nescius, aut dubitans egerit, nil prohibet, quin iam instituta actione omissa, sibi competentem alteram proponat.

Quę de fullone, & sarcinatore diximus, eadē & ad eū cui cōmodata res ē, trāsferenda veteres existimabant. Nā vt ille fullo mercedē accipiendo, custodiā pstat: ita is quoq;, qui cōmodatū vtendi cā accepit, similiter necesse habet custodiā pstare. Sed nostra prouidētia ēt hoc in nostris decisionibus [h] emēdauit: vt in dñi volūtate sit: siue cōmodati actionē aduersus eū, qui rē cōmodatā accepit, mouere desiderat, siue furti, aduersus eū, q rē subripuit: & alterutra earū electa, † dñm nō posse ex pœnitētia ad alterā [i] venire actionē: sed siquidē furē elegerit, illū qui rē vtendam accepit, penitus liberari: sin autem commodator veniat aduersus eum, qui rem vtendam accepit, ipsi [k] quidem nullo modo cōpetere posse aduersus furem furti actionem: eum autem, qui pro re cōmodata cōuenitur, posse aduersus furē furti

a Competat. Cōtra debitorem, qui surripuit.

b Actio furti. Res tamen non fit furtiua, vt dixi supra eo. §. aliquando.

Item si fullo. CASVS. Supra posuit vnum exēplum, i quo actio furti datur ei, cuius interest, licet nō sit dñs, vt dictum est in creditore. Hic ponit aliud in fullone, & sarcinatore Si. n. fullo, vel sarcinator vestimenta mea, q sibi curanda, sarcinandava certa mercede constituta dedi, furto amiserit: mihi nō cōpetit actio furti, eo q mea nō interest, vestimenta illa non fuisse surrepta. cum iudicio locati à fullone æstimationem vestimentorū mentorum consequi possim Et sumus in vers. sed & bonæ fidei &c. iam habuistis duo exempla, vel tria, in quibus competit actio furti illis quorū interest furtum factum nō fuisse. Hic adhuc ponit quoddam exemplū de eodem. Si enim bonæ fidei emptor à nō domino rē emerit, & ei fuerit tradita, & postea surrepta, quanquam nō sit dominus, sibi nihilominus competit actio furti, sicut & creditori. Scire tamen debes, quod aliàs fulloni, vel sarcinatori nō competit act. furti, nisi sint soluendo. ratio, quia nihil est periculo eius, qui nihil habet Similiter si pro parte fuatis soluendo fullo, vel sarcinator: domino, non fulloni competit actio h. d. Fran. de Are.

† Rō. qui nō habet qd reddat, eius periculo nihil est. l. itaq. fullo. i prin. ff e. Et ita nū est a dño, quā tropia debitoris excludit. l. nā is. ff de dolo. Egi. Per.

a Fullo. Fullo & sarcinator q sint, dic vt ī mād. §. fi.
d Cōstituta. [1] Supple in pecunia numerata, alias aūt non esset locatio: vt l. 1. §. siquis seruū. ff. depos.

[1] Ista gl.
est Arcur. sed ad dño.

e Sed & bonæ. Facit ff. eo. l. itaque.
f Possint. Imò videtur, quòd semper dominus de-

Quæ de fullone. CASVS. Supra dictum est, quòd si vestimentum fulloni, vel sarcinatori curandum, vel sarcinādum traditum surreptum fuerit, quòd fulloni, si soluendo fuerit, non domino competit actio furti item intelligas, si res fuerit surrepta cōmodatario: quia si fuerit soluendo, commodatario, & non sibi competit actio, quia ad rem restituendam non tenetur. & hæc vera fuerunt secundum iura antiqua Dñs tamen iustinianus in quadam cōstitutione, quam habes C. de furtis, & seruis corruptis, l. fi. §. tales itaq. hoc emēdauit Statuit enim, quòd in electione commodatoris sit, vtrum velit agere cōtra commodatarium actione commodati, vel aduersus eū, qui rem surripuit actione furti, & si dominus vnam istarū actionum elegerit, ad alterant non potest redire. Si enim dominus actionem furti moueat aduersus furem, commodatarius penitus liberatus: si autem contra commodatarium moueat actionem, non poterit postea cōtra furem agere: sed commodatarius, qui à commodatore conuenitur, poterit aduersus furem habere actionem, & nullo modo commodator, nisi ignarus rei surreptæ, cōtra commodatarium actione cōmodati egerit primo. ex hoc enim non obiicitur sibi obstaculum a iure te competia quin possit agere, nisi à commodatario sibi fuerit satisfactum. h. d. Franc.

† Tu sic vbi aduersus duos, aut plures qs optionē habet, qū sibi vno semel electo ta alio, præiudicet, & qū ei variare liceat. vide diffusè p Bart. in l. nonnunquā. ff. de iudi. pon.

h Decisionibus. Vt C. de fur. & ser. corrup. l. fin. §. tales itaque.
i Ad alteram. Vnde actio furti hoc casu non est ambulatoria.

ADDITIO. Et de dictione penitus, vltra istum tex. vide tex. in l. fi. C. de noua. Ang.
k Ipsi. Scilicet commodatori.

habere actionẽ,[a] ita tñ, si dñs sciens rẽ esse surreptã, aduersus eũ, cui res cõmodata fuerit, peruenit:[b] Sinaũt nesci[c], & dubitans rẽ surreptã esse apud eũ, cõmodati actionẽ instituerit, postea autẽ re cõperta voluerit remittere qdẽ cõmodati actionem, ad furti aũt actionẽ puenire, tunc licentia ei concedit, & aduersus furẽ venire, obstaculo nullo ei opponendo: qm incertus constitutus mouit aduersus eũ, qui rem vtẽdam accepit, cõmodati actionẽ: nisi dño ab eo[c] satisfactum fuerit: tunc etenim omnino furem à dño quidem furti actione liberari, suppositum[d] autem esse ei,[e] qui pro re sibi cõmodata dño satisfecit: cum manifestissimum[f] sit, et si ab initio dñs actionem commodati instituerit, ignarus rẽ esse surreptam: postea autẽ hoc ei cognito, aduersus furẽ transierit: oino liberari eũ, q rẽ cõmodatã acceperit, quencunq; cãç exitũ dñs aduersus furem habuerit. eadẽ definitione obtinẽte siue in parte, siue ĩsolidũ soluẽdo fit is, q rẽ commodatam acceperit.

Depositarius qui tenetur de dolo non habet furti actionem, sed dominus, hoc dicit. Are.

Sed is apud quẽ res deposita est, custodiam non præstat: sed tm in eo obnoxius est, si quid ipse dolo[g] malo fecerit. qua de cã si res ei surrepta fuerit: quia restituendæ eius rei noie depositi nõ tenetur: nec ob id eius interest, rẽ saluã esse: furti agere nõ potest: sed furti actio domino competit.

Impubes nõ tenetur furti, nisi fuerit doli capax. Ar.

Cum ex furandi doloso animo furtum cõsistat, is tantum furti tenetur, qui doli capax est.

In summa[h] sciendũ est, quęsitũ esse, an impubes rem alienã amouendo,[i] furtũ faciat. Et placuit, quia furtũ ex affectu furãdi cõsistit, ita demum obligari eo crimine impuberẽ, si proximus pubertati[k] sit, † ob id intelligat se delinquere. †

Duplum aut quadruplũ, quod in furti actione venit, ad pœna persecutionẽ tantum pertinet, cũ præterea res ipsa furto subtracta, aut à quocunque possessore per rei vendicationem, aut ab ipso fure eiusq; hærede per conditionem furtum extorqueri queat.

Furti actio, siue dupli, siue quadrupli, tm ad pœnæ persecutionẽ pertinet. Nam ipsius rei persecutionem extrinsecus habet dñs: quã aut vindicando,[l] aut cõdicẽdo[m] pt auferre. Sed rei vindicatio q dẽ aduersus possessorẽ ẽ: siue fur ipse possidet, siue alius quilibet. cõdictio autẽ aduersus furem ipsum, hæredemve eius, licet nõ possideat, competit.

TITVLVS II.

DE VI BONOrum Raptorum.

Quisquis res alienas rapit, nõ tãtũ furti obnoxius est, sed et vi bonorũ raptorum actione conueniri potest, quæ intra annum à cõmissa rapina in quadruplum, post verò in simplũ datur, ita q in quadruplo etiam rei persecutio contineatur: eius enim triplum in pœnã, simplũ verò in rem computatur.

Onus sentiens habeat lucrum.

[a] Habere actionẽ. & pœnam exactam domino restituere non cogitur: quia vbi periculum, ibi commodum: vt C. de fur. & seruit corrup. l. fi. §. sed cum. in fi §.

[b] Peruenit Agendo contra eum actione commodati. Accursius.

[c] Ab eo. Scilicet cõmodatario.

[d] Suppositum. Scilicet furem.

[e] Ei. Scilicet commodatario.

[f] Cum manifestissimum. Bene dico q eligendo vnam, repellitur ab altera: nisi sciens à principio fuit cum &c.

Sed is apud quẽ. CASVS Dictum est s. de fullone, & cõmodatario, qualiter eis competit actio p re aliena: modo videamus de depositario, vtrum si res apud aliquẽ deposita fuerit depositario competat act. furti. Non enim tenetur nisi de dolo. & ita non interest suam rem non fuisse surreptã. si autẽ in dolo fuit, non dabitur sibi actio, ne ex malitia sua actionem consequatur. hoc dicit Franc. de Aret.

[g] Dolo. Suprà quibus modis re cõtra. oblig §. præterea & C. depo. l. j. §. pen. & l. fina. & idem quod hic habemus. ff. eodem, l. enim qui § is autem.

In summa. CASVS. Dixi Iustin. Domine, quid plura vultis dicere in titulo isto? Iam tantum dixisti de materia ista, quòd generatur tædium Deo, & toti mundo. Et respond. Iustin. Frater, vt breuiter hunc titulũ expediamus, scire debet, quòd apud antiquos quęsitũ fuit verum impubes rem alienam amouendo, furtum facere possit, & placuit domino Iusti. quòd si impubes animum furandi habuerit, & in ipsum posset cadere istud delictum, hoc est, si sit proximus pubertati: quòd actio. fur. teneatur. h. d. Fran.

[h] In summa. Idest vt breuiter hunc ti. expediamus.

[i] Amouendo. Nota q furtum fit contrectando, & amouendo, & sine eo nõ fit: vt l ei qui. ff. eo. Angel.

[k] Proximus pubertati. A decimo anno & dimidio, scilicet vt supra diximus de inutil. stipu. §. furiosus. & facit ad hunc §. ff. eodem. l. impuberem. & ff. ad Syllanian. l. excipiuntur & ff. de reg. iu. l. pupillus.

Furti actio. CASVS. Quæsiui à Iusti. de natura furti, scilicet ad quid detur actio furti? Et respon. Iustin. quòd act. furti. siue sit ad duplũ siue ad quadruplum datur ad pœnam, & non ad rem suam persequẽdam. datur enim domino alia actio, scilicet rei vẽdicatio & cõdictio furtiua. Scire ergo debes, q rei vẽdicatio datur contra quẽlibet possidẽtem, condictio furti datur contra furem & eius hæredẽ. h. d. vsque ad finem tit. Fran. de Are.

[l] Vindicando. Idest dominium petendo si extet.

[m] Condicendo. Id est, in personam agendo condictione furtiua. si consumpta sit. & facit ad hunc § ff de condictio furtiua. l. si pro fure. §. furti. & l. in condictione. & inf. de actionibus. § sic itaque. & C. de furtis. l. ancillę.

† Callistratus in l. non tantũ. in pri. ff. de excusa. tut. inter pretatur pupillum ætatẽ prope pubertatem esse si tantum semestre tẽpus ad pubertatem desideret. Proximus pubertati quis.

† Et sic ẽt § delictis doli capacitas supplet ætatẽ vt hic. & § c. si. uicta glo. super verbo prudẽtia. ex. de despõ. impub.

Cõdictio furtiua.

DE VI BOnorum raptorum.

Viso

Cōtinuatio.

Viso de furto, sequitur de rapina: & consequenter vt potes videre supra tit. 1. in prin.

Quí † res alienas a rapit, tenetur quidē etiam furti, b (quis enim magis alienā rem inuito domino contrectat, quàm qui vi rapit? c ideoque rectè dictum est, eum improbum furem esse) sed tamen propriam actionem eius delicti nomine prætor introduxit, quæ appellatur, Vi bonorum raptorum: & est intra annū d quadrupli: e post annum, simpli: quæ actio vtilis f est, etiam si quis vnam rem, licet minimam rapuerit. Quadruplum autem non totum † pœna est, † sicut in actione furti manifesti diximus: g sed in quadruplo inest & rei persecutio, vt pœna tripli sit: siue comprehendatur h raptor in ipso delicto, siue non. Ridiculum i enim esset, leuioris conditionis esse eum, qui vi rapit, quam qui clàm k amouet.

Si quis rem suam, aut quam suam opinabatur, penes alium cōstitutam, violenter aut rapuerit, aut inuaserit, is dominus sit, à domino cadet, si non sit, post rei restitutionem eiusdem quoque æstimationem vim passo præstare cogitur.

Ita tamen l competit hęc actio, si dolo malo

Diuisio. Vi res. Totus iste ti. diuiditur in tres partes. Prio, q̄ raptor & fur inæqualiter puniūtur. Secūdo, qn̄ quis rapit rē suā, vel alienā putās eē suā. Tertio, qd sit subiectū i hac actione, videlicet, qd debet deducere actor. Scd̄a ibi, Quia tamen. Tertia ibi, Sanè in hac.

† Aliàs addit᷑ vi.

CASVS Dixi Insti. Dñe, iam vidi, q̄ ille, qui rem alienā clā surripit, tenetur act. fur. sed quid diceris de illo, qui rē alienam vi rapit? Et resp q̄ ille similiter actione furti tenet᷑. Nullus. n. magis rē inuito dño contrectat, quā qui eam vi rapit, vnde improbus fur dicit᷑, & p ista īprobitate ṗtor ītroduxit actionem vi bo rap. & est intra annū quadrupli post annū verò simpli. & datur propter vnam rem vi raptā, quanquam aliter secus videretur propter verba in numero plurali posita à ṗtore ī noīe actiōis. s. vi bo. rap. Et sumus in vers. quadruplū aūt &c. Supra dictū est q̄ actio vi bo. rap. intra aonum datur in quadruplū. post annum verò in simplum: quæro verū quadruplum istud sit totū pęna? Et rñ. q̄ nō & in isto quadruplo simplū inest, & triplū est pœna: siue comprehendatur raptor in delicto, siue nō. Non. n. debet esse melioris conditionis raptor, quam fur. h. d. Frā.

† Quia pœna est tripli tantū: & rei psecutio simpli. & ita ambo faciūt quadruplū: licet glo. in verbo extra. dicat cōtra. Egi. Per.

† Nōnulli locum hunc ita legūt: pœna est, & extra pœnā rei pſecutio ē sicut in &c.

a Alienas. Largè accipe, vt ēt si sint communes, idē sit quo ad socij partem: vt ff. de fur. l. si socius. Acc.

b Furti. Scilicet non manifesti etiam si deprehendatur, ſm P. quod falsum est: imò si deprehendat᷑, manifestus est, & in quadruplū potest conueniri: vt ff. de fur. l. si vendidero. § eum raptor. ‡ aliàs si non deprehendatur, non manifesti tenetur: qua actione si fuerit actū, tollitur vi bo rap. nisi in id quod excedit: vt ff. e l. 1. Item in casu nec manifesti, necnō manifesti tenetur: vt si quis ex do † ī qua nemo erat, rapuerit, sed tantū hac actione vi bo. rap. tenetur, secundùm P. vt ff. de fur. l. si quis de domo Sed hoc est falsum: quia ibi erat actio furti nō manifesti: & id amplius cessat actio furti: & ideo datur hęc • actio vi bo. rap. quia excedit, & in id quod excedit: vt d. l. ff. eo l. 1. & ff. de act. & ob. l. qui seruum. § fi.

‡ Sed hoc est falsum ſm Bart. I d. l. si vēdidero, quia op⁹ est. vt acclamet᷑ p l. 2. & l. siqs in seruitute. ff. de fur. Ange.

• Sic habes q̄ minor pœna inuicta à lege non tollitur p maiorem, inducta in sba alia lege, nisi quatenus ocurrūt, ſm Bart. I l. 1. ff. eo. Egid. Per.

c Qui vi rapit. Quasi dicat nullus: vt hic. & ff. quod met. cau l. eum exceptione. § qui vim. Acc.

d Annum. Scilicet, vtilem: vt C. eo. l. fi. & l. res. & C. de noxa. l. pen.

e Quadrupli. Nisi in casu quo agitur de duplum tantum: vt C. de pag. l. Christianus. quę est huic contra. Sed illud est speciale.

Actio vi bonorum raptorum ē duplex.

f Vtilis. Idest. efficax. & directa. Vel dic q̄ directa competit, qn plures res raptæ sunt: sed vtilis quando vnum tantum bonum raptū est i. vna res rapta est. Et facit ad hoc q̄ pluralis oratio. s. raptorum, trahatur ad singularem. ff. de cōdi. & dem. l. falsam. § vlt. & ff. de neg. ge. l. 3. § hæc verba, vers. negotia. & ff. de pet. hęre. l. regulariter, & l. licet.

g Diximus. Vt supra tit. 1. in fine.

h Comprehendatur raptor. Sed quomodo potest raptor non deprehēdi cū dicatur eripere, quasi de manu auferre: vt ff. ne quis eū qui in ius. l. 4. § 3. Respon. distingue animum auferētis: vt si erat animus ei palam, & quasi per vim auferendi, licet ibi neminem inueniat: tñ est raptor. Sed fur est, qui habet animū, vt faciat clā, licet interdū deprehendat᷑: ex qua deprehensione efficitur manifestus: vt arg. s. ti. 1. § furtum autem à furno.

Raptor, & fur distinguuntur.

ADDITIO. Vult dicere gl. q̄ fur manifestus semper tenetur vi bono. rap. sed non manifestus ita demū, si habuit animū &c. Et aduerte vnicum furtum dici, quod de loco vnico contextu, siue vnico tempore fit, licet plures res simul asportentur: ex quo non veniret quis furca suspendendus, nisi esset egregium, quod pluribus paruis præualeret. vt hic per Aug.

i Ridiculum. Bene dixit, siue nō, ridiculum. n. &c.

k Qui clā Idest, fur nec manifestus. Nā raptor tenet᷑ in quadruplū: hic aūt. s. fur nō manifestus in duplū tm̄. vel triplū cū re surrepta. sed q palā furat᷑, certū est in plus teneri, quā raptorē: cū in quintuplū cum re teneatur. Acc. ADDITIO. Et ē rō diuersitatis ſm Ang. quia raptor se exponit morti, & ideo cū incurrat maius periculū in psona, leuius punitur in pœna pecuniaria. ar. l. quid ergo. § pœna grauior. ff. de his q no. infa. Vel dic q̄ ex rapina inducit᷑ crimē publicū: & in hoc grauat᷑: quia à quolibet de populo pt accusari: id in alio alleuiatur: ar. l. cū qui. in prin. I gl. pbaudi. ff. de iureiu. Quare aūt in vi bo. rap. ṗtor eādē pęnā ī manifesto, & nō manifesto imposuit, cū lex xij. tab. & ipse ṗtor ī furto diuersas īposuerit? Dic esse rōnē pp eūdē animū rapiēdi, qui semp requirit᷑.

Raptor in minus tenet᷑ quā fur manifestus.

Ita tñ. CASVS. In isto § dicit q̄ act. vi bo rap. ita cōpetit. si aliquis rē alterius dolo malo rapuerit. Cæterum si aliquis errore ductus rē alienā credens esse suā, eā alteri rapuerit, iure primitiuo non tenet᷑ acti. vi bo. rap. Sed ne inueniat᷑ via, per quā raptores suā maliriā impunè possint exercere: cōstitutionib⁹ principum est prouisum, ne alicui liceat rē mobilē vel immobilē, licet suā esse dicat, vel æstimet, alicui p vim auferre, si ꝯ hoc statutū venerit: si sit dñs rei, q eam rapit, cadit à dominio suæ rei Si aūt res aliena fuerit, debet eam primo restituere, & postea in pęnā sui delicti ęstimationē rei pstare. & illud si solū habebit locū in reb⁹ mobilib⁹, sed ēt immobilibus, vt ex hac cā ab oī rapina hoīes se abstineāt. h. d. Fran.

l Ita tamen. Aliàs quia tamen: sed istud quia, videtur superfluum. Vel pone: quia pro sed. Aliàs ita tamen, & tunc est planior.

a Absolu. Scilicet ab actione vi bonorum raptorum iudicis sententia, vt quidam dicunt: vel ipso iure, secundum Azonem. & argu. ff. de publ & vectiga. l. commissa. §. fina.

b Sed ne, dum. Pro tamen, secundum quosdam: vel pone propriè.

i Deposita. Promissa custodia à depositario: vt ff. l. 1 §. pe. Vel et commisit culpam, vt sequitur. 2 Vel etiam si pretiū accepit depositionis, non tamē quasi mercedem. tenetur eadem: vt ff eo. l 2 §. dicet aliquis. aliòqui esset locatio: vt ff. manda. §. fin.

quis rapuerit. Nā q aliquo errore ductus rē suā esse existimās, & imprudens iuris eo aio rapuerit, qua si dño liceat et p vim rē suā auferre à possessorib. absolui a debet. Cui. s. cōueniēs est, nec furti teneri eū, qui eodē hoc animo rapuit. Sed ne, dū b talia excogitātur, inuenia tur via, c p quā raptores impunè suā exerceāt auaritiam: melius diualibus cōstitutionibus d p hac parte prospectum est, vt nemini liceat vi rapere, vel immobilē, vel se mouentē. licet suā eandē existimet: sed siquis cō statuta Principū fecerit, rei qdē suæ dñio cadere; e sin autē aliena res sit post restitutionē eius, et æstimationē eiusdē rei præstare. Quod non solum in mobilibus rebus, q rapi pñt, constitutiones obtinere censuerunt: sed etiam in inuasionibus, quæ circa res soli f fiunt: vt ex hac causa ab omni rapina homines abstineant.

Is cuius interest rapinam factā non fuisse, quāquam dominus non sit, vi bonorum raptorum actionem mouere potest: vt id scilicet cōsequatur, quod sibi abesse docuerit.

Sane in hac actione g non vtiq; expectatur, rem in bonis h actoris esse. Nam siue in bonis sit, siue non: si tñ ex bonis sit, i locum hæc actio k habebit. Quare siue locata, siue cōmodata, siue et pignorata, siue deposita l sit res apud Titium, sic vt intersit eius eam rem p vim auferri (veluti, si in deposita re culpā quoque promisit) siue bona fide possideat, siue vsumfructum quis habeat in ea, vel qd aliud iuris, vt intersit eius non rapi: dicendū est ei cōpetere hāc actionem, non vt dñium m accipiat, sed illud solum, qd ex bonis eius, qui rapinam passus est, idest, qd ex substantia eius ablatum esse proponatur. Et generaliter dicendū est, ex qbus causis furti actio cōpetit in re clam facta, ex eisdem causis omnes habere hanc actionē. n

---

TITVLVS III.

DE LEGE † Aquilia. †

Primo legis Aquiliæ capite cautum est, vt qui alienum seruum, aut quadrupedem, quæ eorū numero est, quæ gregatim pasci consueuerunt, iniuria occiderit, quanti ea res eo anno retrorsum plurimi fuerit, tātū domino præstare cogatur.

DAMNI iniu-

c Inueniatur via. Sic ff. sitn. t. §. vnde illud.

d Constitutionib9. Vt C. vnde vi. l si quis in tantam. Et in alijs sequentibus vsque in fin. titu. sed hic prosequitur tantum tenorem illius l si quis in tantā. Super qua materia longū esset hic dicere: cū plures quæstiones ibi noient sup prædic.

e Cadere. Repete, prospectum est. & et ibi præstare: nec est necesse ponere. cogit. vel debet: quia verba nō inuenies in libris emēdatis.

f Res soli. Propriè quandoq. tamen impropriè. vt C. de act. emp. l. 2. sed rei mobilis dicitur occupatio: licet etiam quandoque immobilia dicantur occupari: vt C. de rei vē. l domum. in gl. r.

Sane in hac. CASVS. Dicit Iustin. Dñe competit mihi hæc act. ita demū si dñs fuero rei. Resp. q imò. siue in bōis ei9 fuerit res rapta, siue in bonis videlicet eius, qui ius aliquod habuerit i re: vt quia sibi sit commodata, vel ipignorata, siue locata, vel deposita, vel aliqd iuris habeat in ea: ita q eius intersit modo nō rapi. Semper. n. cōpetit ista actio, nō vt dominiū rei raptæ accipiat: sed q res sibi rapta restituat. Et vt breuiter me expediam: ex quacunque cā potest cōpetere alicui actio furti propter furtū daui in re: ex omni consimili causa potest dari actio vi bo. rap. propter rapinā in re factā. in d. ff.

g In hac actione. Scilicet vi bo. rapt.

h In bonis. Idest. in dominio: vt ff. de acq. rer. do. l. rem in bo & l. statuas. & ff. de ver. sig. l bonorum appellatio. Vel si etiam bona fide possideantur, idē est.

i Ex bonis sit. Vt aliquod ius habeat: vt statim per exempla probat.

k Hæc actio. Scilicet vi bonorum raptorum.

ADDITIO. Dic vt habetur in l. naturalis. §. 2. in glo. si res. ff. de præsc. & facit l. 1. §. si quis seruum in gl. non datur. ff depo. Angel.

m Dominiū. Idest dominij æstimationē: vt ff. quod met. cau. l. si mulier. §. q possessionem. & ff. vti pos. l. pen. §. fin.

n Hanc actionem. Facit ff. vi bo. rap. l. 2 §. & generaliter.

DE LEGE Aquilia.

Post maleficium rapinæ sequitur de damno, quod per legē Aquiliā punitur. Acc.

Damni. Tot9 iste ti. diuiditur in duas partes. Et primo tractat de primo cap. l. Aq. secundo tractat de tertio capite. Secunda ibi, Capite tertio. Itē prima subdiuiditur: quia prio ponit verba primi capitis l. Aquil. Secūdo illa interpretatur. Secunda ibi, Quod aūt non præcise. Itē secūda principalis subdiuid in duas partes. Nā primo ponit verba. secundo interpretat. Secunda ibi, itaq. si quis. CASVS Si aliqs dederit mihi dānū p iniuriā tād dño istud punicēdū constituitur actio p l. Aqui. Et sciendum est, q l. Aquil tria sunt capita. videndū est ergo de primo capite. In primo autē capite est cautū. vt si aliquis seruū alienū, alienā ve quadrupedē quę in pecudū numero sit iniuria occiderit: quāti pretii ea res in anno proxi. præterito fuerit, tantū dño dare cōdemnet. In vers. Quod aūt. dic casum. Positis materialiter verbis Galli Aquilij, q aliquantulū sunt obscura, intēdit Imp. verba illa per ordinē exponere, & prio exponit quare si sufficit sibi dicere precisè, siqs hominē alienū, alienā ve quadrupede occiderit, sed adiecit q pecudū numero sit. hoc. n. adiecit ad significādū, q si aliqa occa-

Et vera quæ opinio est vera. s. prima si fuerit in iudicio deductū. Item secūda si non fuit deductū in iudicio: vt per doct. hic.

Hæc gl. nō est Accur.

Occupātur mobilia, inuaduntur immobilia. Egid. Fer.

In bonis & ex bonis differunt.

a Dic q si commississes dolum non haberet actionem furti, nec alia actionē: nec ex improbitate sua consequi actionē. vt not. in d §. pe. & facit l. itaque. ff. de fur. Ange.

a Si. non est in aliquib. codicibus. Continuatio.

Diuisio.

† Hic largè sumit l. pro plebiscito qa Aquilius tribunus plebis hūc rogauit. Egid. Fer.

† Sic ff. ad l. Aquiliam.

occiderit vrsum meum, vel leonem, vel aliam ferã bestiam, q non debeat puniri per primũ caput legis Aquiliæ, eo q non sunt de numero pecudũ illarũ, quæ gregatim pascuntur, idest in pascuis custodiuntur, sicut eq. mulr, oues, & boues, capræ, & similia. Sed domine de suibus qd dicem⁹ continent ne sub pecudũ numero? Et rñ. dicẽs q sic: quia gregatim pascuntur. & hoc confirmat per authoritatem antiquorum: dicens, q sic voluerunt Homerus, & Elius Martianus. Francisc. de Areti.

a Iniuriæ actio idest, actio legis Aquiliæ, q competit p damno dato, idest, destructiõe alicuius rei facta. 1 Nã sic dicitur damnũ diminutio patrimonij: vt ff. de dam. infec. l. 3. si nauté rẽ alterius surripetes, licet videatis damnum inferre, tñ nõ infers tale, q per hunc titu. tenearis, sed actione furti: vt ff. eodem. l. si seruus seruum. §. si oliuã. & §. idem & in sylua.

b Primo capite. Habebat eñ hęc tria capita, siue capitula & de primo capite dr hic. Secundũ aũt nõ est i vsu. De tertio dicitur j. eo. §. capite secundo & ff. eod. l. 2. Accursi.

riæ actio [a] constituitur per legem Aquiliam: cuius primo capite [b] cautum est, vt siquis alienum hominem, alienáve quadrupedem, quę pecudum numero sit, iniuria [c] occiderit: [d] quãti ea res in eo anno [e] plurimi [f] fuerit, tãtum dño [g] dare dãnetur. Quòd auté nõ præcisè de quadrupede. sed de ea tantùm, quę pecudum numero est, cauet: eò pertinet, vt neq; de feris bestijs, neq; de canib⁹ cautũ esse intelligamus: sed de ijs tantum, q grega tim propriè pasci dicunt, quales sunt equi, muli, asini, oues, boues, capræ. † De suibus quoq; idẽ placuit. nam & sues pecudũ appellatione continẽtur: quia & hi gregatim [h] pascuntur: sic denique & Homerus in Odyssea ait, sicut Elius Martianus in suis institutionibus refert. [i]

c Iniuria. Idest, non iure vt j. eo. §. Iniuria.

d Occiderit. Nota occiderit, nã si alio mõ læseris, ex tertio capite agit vt j. eo. §. capite tertio. Accur.

e In eo anno. Scilicet præterito.

f Plurimi. Habita æstimatione nõ ex affectione singulorũ, sed cõi æstimatione: vt ff. eo. l. si seruũ meũ.

g Domino. Vt ff. eod. l. item Mela. §. ita & cũ eod. versi. legis auté Aquil. vel quasi domino vt fructuario, vel alij qui habet ius in re: vt ff. eod. l. item Mela. §. fi. l sequen.

h Gregatim pascuntur. Facit ff. de leg. iij. l. legatis seruis. §. pecoribus.

i Refert. 2 Duo hæc carmina Gręca ex Odyssea Homeri lib. xiij. deprompta sunt. quorũ hic est sensus. Inuenis autem illum suibus assidentem iuxta Coracis saxum, ac fontem &c.

Iniuria aũt. CASVS. Exponit insti. illud verbũ positũ per⁹, iniuria occiderit, dicens, q ille iniuria occidit, q nullo iure occidit & manifestat p exépla qualiter quis põt iure occidere, qa hnc vĩ alicui dubium. Vnde dicit. Si enim seruum meum latronem diurnum, dum tñ telo se defenderet, quis occiderit, iure permittente eum occidere videtur. & ideo nõ tenet, & hoc intellige ita, si nõ possit occisor alio modo euadere periculũ. Idẽ dicit de eo, q casu occidit seruũ alienũ, si ñ fuerit i culpa & dolo, & de hoc ponitur tale exemplum. Quidã milites ludebãt cũ iaculis in campo eis deputato ad se exercitãdos: si seruus alienus ibi transitũ fecerit ad ludum respiciendum, cum tñ eius non interfsit: si eũ aliquis talium se exercitantium traiecerit, non intelligit milites esse in culpa: & ideo nõ tenetur. Si aũt aliquis priuat⁹ hoc fecerit, cui⁹ nõ intererat telo traijcere, culpę reus est: & ideo tenetur ex primo capite legis Aquil. eodẽ modo si miles i alio loco, quam militibus ad se exercitandos destinato hoc fecerit, culpæ reus est: & tenebit. h. dicit. Frã. de Aret.

† Δήεις τόνγε σύεσσι παρήμενον, οἱ δὲ νέμονται, Πὰρ Κόρακος πέτρῃ, Ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ.

Qui casu occidit, lege Aquilia non obligatur; qui autem aut dolo, aut culpa, obligatur.

Iniuria [k] aũt occidere intelligit, qui nullo iure occidit. Itaq; qui latronẽ [l] insidiatorem occiderit: nõ tenet, vtiq; si aliter periculũ effugere nõ põt. Ac ne is qdé hac lege tenet, qui casu occidit: si modo culpa eius nulla inueniatur. nã alioqui [m] nõ minus [n] ex dolo, q̃ ex culpa quisq; hac lege tenet. Itaq; siqs dũ iaculis ludit vel exercitat, trãseuntem seruũ tuum traiecerit: distinguit. [o] Nã si id à milite in eo cãpo, vbi solitũ est exercitari, admissum est: nulla culpa [p] ei⁹ itelligit. si alius tale quid admiserit: culpæ reus est. [q]

K Iniuria facit. ff. eo. l. sed & si quem cunq; §. iniuriam. ADDITIO. Ex quo tex. nota differentiam inter hanc actionẽ, & actionẽ iniuriarũ quia in illa non sufficit culpa, sed requirit contumelia, & dolus. & alia differentia: qa in hac agitur ad dãnum, sed in actione iniuriarum agitur ad vindictam: & sapit instar causæ criminalis: vt ff. de iniur. l. prætor edixit. §. j. Accursius.

l Latronem. Scilicet diurnum: vt tamen clamet: & ille se defendat, sed furẽ et si se non defendat, vt hic subijcit: & ff. eod. l. 4. Accur.

ADDITIO. Sed hoc est contra l. furem. ff. de sica. vnde dic, q est differentia inter insidiatorem, latronem, & furem: vt in Auth. vt nul. iud. §. pen. quia latronem insidiatorem itineris possum occidere indistinctè: vt ff. eod. facit l. 1. & 2. C. quan. li. se si. iud. vin. Si aũt sit fur, tũc debet distingui, aut est diurnus & tunc si potest capi, vel à damno euadi: nõ debet interfici. Nocturnum autem licet occidere, si interficiens nõ possit ei parcere sine periculo suo: vt dicit tex. in l. furem. ff. de sicarijs.

m Alioqui. Si culpa interueniat.

n Non minus. Idest, nõ plus ex dolo, quam ex culpa: cum etiam leuissima culpa in hanc actionem veniat: vt ff eo. l. in lege. ij. 2 Vel propriè lege: & cõuerte literam, non minus &c. idest, non minus ex culpa, quã ex dolo. sic & aliàs. ff. de pact. l. iurisgentium. §. pactorũ. in gl. non minus. & C. de secũ. nup. l. cum apertissimi. in gl. quantum filio. & ff. de pig. l. Paulus. §. domus. & est figura, hysteron proteron, id est, ordo conuersus. secundùm Ioan.

o Distinguitur. Vtrum commiserit dolo vel culpa, vel non.

p Nulla culpa. Nisi data opera factum est: vt ff. eo. l. Item si obstetrix. in fi. & l. nam sicut.

q Re⁹ est. Quia hoc nõ est ei deputatũ, arg. in Auth. vt ij, qui obli. se habere perhi. res min. §. sin verò tã

Institu. Imper. t 3 cuit:

† No. differẽtiã inter actionẽ furti, vel bonorũ raptorũ, & hãc: qa actio furti, vel bonorũ raptorũ competit quãdo rẽ meam tecum asportas: secus qñ occidis, vel destruis: qa tũc cõpetit hæc actio, licet vtroque mõ fit dãnũ & sic diminutio patrimonijqđ bene no. Ang.

† Hic fœminenm põt accipe te mascu. qs ẽt ca. pri intelliguntur quod no. Egi. Pet.

2 Hęc gl. abest Accur.

† Vide Alci. lib. præterm. ij. titu. de leg. 3. nã alij versũ hunc substituunt. Κλαγγὰ δ' ἄσπετον ὄρτο συῶν μυράων. idest grũnit⁹ autẽ ingẽs excitabat suũ stabulantium in qua, qđ tatò fit i aĩalib. dãnetsi pastus, Græcè aũt q̃ hic habẽtur sin possis interpretari. Sectãtẽ videas, q. errãt per pascua. porcos. Ad Coracis saxũ, iuxta fontẽq; Arethusam.

s † Pone exẽplũ, secidũ Ol. in leuissima, si Titi⁹ aggredit te, tu resistis: venit alius ad diuidẽdũ vos, & tu resistẽdo volẽs percute aggressorẽ percussisti mediatorẽ, teneri s: vt l. scientiã. § qui aliter. ff. eo. Ang.

Idem iuris est de milite, si i alio loco, q̃ q ad exercitãdũ militibus destinatus est, id admiserit.

Ex qualitate loci iudicatur damnum datum dolo, vel culpa incidentis h.d. Vel sic, In putãte dicitur adesse culpa, quando diligentia potuit prouidere; & non fecit. Are.

Itẽ si putator a ex arbore deiecto ramo seruũ tuũ trãseũtẽ occiderit, si ꝓpè viã publicã, aut vicinalẽ id factum est, neque ꝓclamauit, † vt casus euitari posset: culpæ re⁹ est. sed si ꝓclamauit, † nec ille curauit præcauere: extra culpam est putator. Aequè extra culpã esse intelligitũ, si seorsũ à via fortè, vel ĩ medio fundo cædebat, licet nõ ꝓclamauit. b qa in eo loco nulli extraneo i⁹ fuerit versãdi.

Imperitia culpæ adscribẽda est: quo fit, vt qui omnis peritia, & virib. impar subierit, si ob eius imperitiam, vel imbecillitatem quid damni datum sit, culpæ reus dicatur.

Præterea si medicus, q seruũ tuũ secuit, dereliquerit curationẽ eius, & ob id mortuus fuerit seruus: culpę reus est. † Imperitia c † quoq; culpæ adnumeratũ: veluti si medicus † iõ seruũ tuũ occiderit, qa malè eũ secuerit, aut perperam ei medicamentum dederit.

Si mulus, vel equus pp imperitiam, vel imbecillitatem mulionis, vel equitantis seruum alterius occiderit: tenetũ mulio, vel eqtãs lege Aquilia. Are.

Impetu quoq; mularũ, quas mulio pp imperitiã retinere nõ potuit, si seru⁹ tuus oppressus fuerit, culpæ reus est mulio. Sed & si p * infirmitatẽ d eas retinere nõ potuerit, cum alius firmior eas retinere potuisset, ęquè culpa tenetũ. Eadẽ placuerũt de eo quoq;, qui cùm equo veheretur, e impetũ eius aut pp infirmitatem, aut propter imperitiam suã retinere non potuerit.

Pœnales actiones in delinquentis hæredes non dantur.

His autẽ verbis legis:

tulit collat.vj.& ff.eod.l.idem iuris. In fine.

Item si putator. CASVS. Hic ponit aliud exemplũ, in quo si in culpa fuerit, qui hominẽ occiderit, tenetur lege Aquil. si autẽ eum sine culpa occiderit, non tenetũ: & exemplum tale: Quidam putator ex arbore deiecto ramo seruum alicuius interfecit. Vnde quid iuris i isto casu sit, quæritur: & respondetur quòd distinguitur: quia aut illud factum est prope viam publicam, aut prope viam vicinalem: & tunc si nõ proclamauit, videtur esse in culpa, & tenetur. si autem proclamauit, & qui transibat, hoc non obstante ꝓcessit, & sibi præcauere noluit: tunc putator extra culpam est. & non tenetur. Idem dico si propè locũ aliquem vbi non erat ius cõuersandi, vel transeundi, ramo ex arbore deiecto, putator seruum alicuius ibidem trãseuntem occiderit: quia tūc quamquã nõ proclamauerit, extra culpam est, nisi de dolo putatoris constiterit: quem cum viderit, tamen nõ proclamauit. in isto tamẽ casu semper præsumendum est pro putatore, scilicet eum esse extra culpam, & dolum, nisi dol⁹ possit probari. & sic intellige quod hic dicitur. In §. præterea. Impera. ponit adhuc bonũ aliud exemplum, in quo si aliquis seruũ alicuius occiderit si fuerit, i culpa., tenebitur, si autem non fuerit in culpa, non tenebitur. Si enim medicus seruum tuum secuit, & postea curationẽ eius reliquit & seruus tuus mortu⁹ est in culpa est medicus. & ideo tenebitur. & idem erit si imperitè eũ secuit: & propter hoc mortuus est, in culpa enim est: & ideo tenetur. imperitia enim culpę annumeratur. hoc dicit. Frau.

Impetu. quoq;. CASVS. Habebas mulionem quendam, qui seruum Titij impetu mularum quas pp imperitiam retinere nõ potuit, oppressit. Vñ mulio iste in culpa est: & ideo tenetur. Si tñ propter infirmitatem eas retinere non potuit, alius tamen bene eas retinuisset, adhuc in culpa est, & tenetur. Idem iuris est i eo, qui ascẽdit equum suum, & propter imperitiam, vel infirmitatem eum retinere non potuit quia si equus seruũ alicui⁹ oppresserit, ęque tenetur. Si autem satis fortis fuit mulio, & tamẽ aliquo casu fortuito per mulas, quas ducebat. vel equum quẽ ascendebat, seruus alicuius oppressus fuerit, nõ tenetur: attamẽ infirmitas, vel imperitia alicuius nulli debet esse damnosa. hoc dicit. Francis.

d Infirmitatem. Non n. debet infirmitatẽ suam in alterius læsionem cõuertere: vt ff. eod. l. Idem iuris. Accur.

e Veheretur. Puta in rheda, vl' vehiculo, vel etiam ipso equo.

His autem verbis. CASVS. Expositis. duobus mẽbris positis supra. in princ. hic exponit tertiũ membrum, scilicet hoc, quod dictum est ibi, quanti in eo anno plurimi fuerit: dicens, quod hoc nihil aliud est dictum: nisi quod si aliquis interfecit seruum tuum, si eo die quo interfecerit fuerit luscus, vel mancus, in anno tamen proximo præterito fuit integer, & pretiosior valde quam eo tempore. quo occisus fuerit, tenetur quanti in anno proximo præterito plurimi fuerit: & non quanti eo die quo occisus fuerit: & ideo dicitur hæc actio pœnalis de sua primitiua natura: quia obligat delinquentem non tanti, quantum damni datum est, sed aliquando longè pluris. Et propterea etiam in hæredem nõ datur: in eum autem daretur, nisi vltra damnum lis æstimaretur. hoc dicit Et cane, quia quidam volũt dicere, q̃ hæc actio de sui primitiua natura non est pœnalis. sed pœnabilis solum. Dominus autem Guilielmus dicit hanc esse pęnalem de sui primitiua natura: sicut satis potest probari per literam istam. pœnalem autem esse huius legis, verum est, dicit ipse. in duplum. quod autem duplũ præstetũ in hac actione, hoc contingit per inficiationem, & sic est pęnalis in duplum & in pęnali de sui primitiua natura semper intellige. hoc dicit. Franciscus.

a Putator. Idest, qui putat vites in arboribus positas: vt in quibusdam terris sunt: vel etiam ipsas arbores nam & arbores putantur.

b Licet non proclamauit. Nisi fortè dolo: vt ff. eo. l. si putator.

c Imperitia. Facit ff. de reg. iur. l. imperitia & ff. locati l. si quis fundum. §. Celsus & §. si quis vitulos & ff. de suspectis. tut. l. tutor quoque. §. fin.

ADDITIO. In isto casu medicus non tenetur de sicar. quia illa lex requirit dolum: vt l. j. C. ad legem Corneli. de sicar. & l in lege. ff. eod. tit. ad legẽ Corneliam de sicarijs.

† Sic clamans excusatur. & facit q̃ eos q faciunt currere equos. nã debẽt dicere guarda, guarda, sc̃dm Bal. in l. si puta- tor. ff eo. Egi. Per

† Scilicet tẽpestiue non post factũ. vñ sumpta est practica Par. q̃ tectores domorũ dum domos operiunt ponũt perti- cas ante domos suspẽsas. vt transeuntes admoneantur. Egi. Per.

† Hoc verũ in absẽte se petitum. Egi. Per

† Concor. cum hoc tex. cap. si culpa. cũ glo. super ver. imperitia. extra. de iniur.

† Medicus tenetũ de culpa ab faciẽ nõ guidẽ do. in secando malè secando, & post factũ dimittẽdo, sm glo. in l. idem iuris. ff. eo. Egi. Per.

Aliàs propter.

Quanti

a Quanti id in eo anno. Materialiter hæc verba ponuntur, & habes ea. ī. eo. tit. in prin.
b Non transire. Nisi ex damno locupletior factus esset: vt ff. eodē. l. inde Neratius. §. si infans. versicu. hanc actionem.
f Vel ex comœdis. Idest, qui cantabat de comœdia & vnus sine altero cantare nesciebat.
g Qui supersunt. Facit ar. contra. ff. de actio. empt. si sterilis § eum per vēditorem. & de pericul. & commu. rei vend. l. fina.

Quãti id ĩ eo anno [a] plurimi fuerit, illa sententia exprimitur: vt si quis hominem tuum, qui hodie claudus, aut mancus, aut luscus erit, occiderit; qui in eo anno integer, aut p̄tiosus fuerit: non tanti teneaf, quãti hodie erit; sed quãti in eo anno plurimi fuerit: Qua ratione creditum est, pœnalē esse huius legis actionē: quia nō solum tanti quisque obligatur, quantū damni dederit: sed al quãdo longè † pluris. Ideoque cõstat in hæredem eam actionē non transire: [b] q̄ transitura fuisset, si vltra damnū nunquã lis æstimaretur. [c]

In lege Aquilia non modo illud damnum perempti corporis æstimatur, sed eo amplius quicquid perempto eo corpore damni patimur: siue in amittendo, siue in non acquirendo consistat.

Illud non ex verbis legis, sed ex interpretatione placuit, nō solùm perempti corporis æstimationem habendam esse, secundum ea, quæ diximus: [d] sed eo amplius, quicquid præterea perempto eo corpore dãni vobis illatum fuerit: veluti, si seruum tuum hæredem ab aliquo institutum antè quis occiderit, quàm is iussu tuo hæreditatem adierit, nam hereditatis [e] quoque amissæ rationem esse habendam constat: Item si ex pari mularum vnam, vel ex quadrigis equorum vnum quis occiderit: vel ex comœdis [f] vnus seruus occisus fuerit: non solùm occisi fit æstimatio: sed eo amplius id quoq; cõputatur, quãti depretiati sunt, qui supersunt. [g]

Actio legis Aquiliæ non solùm ciuiliter, sed etiam criminaliter potest intentari. Are.

Liberum autem est ei, cuius seruus occisus fuerit, & ex iudicio priuato legis Aquiliæ damnū [h] persequi, & capitalis criminis [i] eum reū facere. Caput secundum legis Aquiliæ in vsu non est.

† Quid ad̄ si qs damnū dedisse se negei, probetur tñ testib. aut instrumentis? Dices tñ pp̄ mē dacium eū dãnãdum lo duplū. & vniuersum id qd̄ læsi interest duplicandū, alioqui in simplū deducendum erat, vt tradit gl. C. eo. in l. cōtra negantem. Secus tñ si actor non probet p̄ testes, aut instrumēta, sed tantum p̄ iuramentū, ipsi delatum. qñ eū teleuetur à probandi onere, hec condemnatio duntaxat in simplū l. eumqui ff. de iure iu. Quid enī si defectē ieo ipsi actori iuramentū, actor ipse detrectet iurgēs se velle testibus probare, ne condemnatio minuaf nunquid posset & posse tradit gl. & Bar. in d. l. eū qui secundūm Pla.

c Aestimaretur. Opponitur de eo q̄ hodie plurime fuerit, quam olim, & occisus est ab aliquo. Nam non videtur in hoc casu esse pœnalis hæc actio, ergo videtur transire debere in hoc casu ad hæredes. Sed non sequif. licet enim reperiatur sic in hoc casu, quòd non sit pœnalis: tamen nō est apta nata vt ità ire debeat: vt I hoc exemplo: aliquis nō videt, vel non videt actualiter: tamē est aptus videre, vel videre naturaliter: vt ar. ff. de aqua quot. & æstiu. l. j. §. quotidiana. & ff. de flumin. l. j. §. item flumenum.

ADDITIO. Et sic inspicimus p̄priam, & primæuā naturam actiōes & secundum illam eu dicamus, non autē secundum accidētalem. facit quod no. glos. in l. si creditori. ff. de leg. j. Quando actio subrogatur & capit naturam alterius intelligitur secundum naturam ordinariam, & propriam, & primæuā. quod nota Aret.

[c] illud examplũ de seruo cõiter reprobaẽ: qa in cã noxali iudex debet certã ferre sñiam, puta ad emendationẽ dãni: cũ sit ĩ obligatione illud solum vt hic ꝑdoc.

Sñia est ĩ scriptis ferenda.

[d] Aliàs sine à.

[a] Aduertas ꝙ litera ibi dicit, ꝙ idẽ eiẽ duplicanẽ, & ꝙ postea nõ cogiẽ litẽ suscipere, nisi refectis sibi expensis, & idẽ dicit tex. in c. 1. extra, de plus peti. Ang.

[b] Addas & hoc cum hac gl. ꝙ d. l. iustas, hodie sit correcta, tenet gl. in d. l. iustas vbi Bart. Nicol. de Neapo. & Ias. hic quamuis ꝯ renuerint ioã. Fab. Io. de Pla. & Ange.

Huic autem, qui loco plus petere intelligit, proximus est is, qui causa [a] plus petit. Vt ecce siquis ita à te stipuletur, Hominem Stichum, aut decem aureos dare spondes? deinde alterum petat, veluti hominem tantum, aut decem aureos tantum. Ideo autem plus petere intelligitur: quia in eo genere stipulationis promissoris est electio, [b] vtrum pecuniam, an hominem soluere malit. Qui igitur pecuniam tantum, vel hominem tantum sibi dari oportere intendit, eripit [c] electionē aduersario, & eo modo suam quidem conditionem meliorē facit, [d] aduersarij vero sui deteriorem. Qua de causa talis in ea re prodita est [e] actio, vt quis intendat hominem Stichum, aut aureos decē sibi dari oportere: i. vt eodem modo petere, quo stipulatus est. Præterea [f] si quis generaliter hominem stipulatus sit, & specialiter Stichum petat: aut generaliter vinū stipulatus sit, & specialiter Campanū petat: aut generaliter purpuram stipulatus sit, deinde specialiter Tyriam petat: plus petere intelligitur: quia electionem aduersario tollit, [g] cui stipulationis iure liberum fuit aliud soluere, quā qd' peteretur. Quinetiam licet vilissimū sit, qđ quis petat, nihilominus plus petere intelligitur: quia sępè accidit, vt promissori facilius sit illud soluere, quod maioris pretij est. [h]

Summatus est is §. in §. siquis agens: tamē specialiter hoc habet. Hodie cōtra plus petentem tēpore, duplicantur induciæ: & fit cōdemnatio ad oē damnū litis: petens verò plus alijs modis, in triplū sumptus, quem sustinuit reus litis nomine est condemnandus. Angel.

Sed hæc quidem [i] antea in vsu fuerant: postea vero lex Zenoniana, [k] & nostra [l] rem coarctauit. Et siquidem tempore plus fuerit petitum: quid statui oporteat, Zenonis diuæ memoriæ loquitur constitutio. [m] Si autem

Huic autem. CASVS Supra dictum est quod quocunq; gñe plus petendi olim plus petebat, cadebat à causa, & tñ amittebat plus petens, qualiter autem plus petebatur re, vel tempore, vel loco, dictū est supra. Modo dicit dominus Iustinianus qualiter plus petit causa: & de hoc ponit duo exempla: vnum in isto §. & aliud in sequēti. Primum exemplum est tale. Si qs est stipulatus Stichū, aut decem, vel viginti aureos. & post ea petit Stichū præcisè: plus petere causa videtur. Habuit enim electionem promissor soluendi decem, vel Stichum. vnde cū precisè petat vnum, adimere sibi videtur electionem: quod ita plus petere causa videt: & ita olim cadebat à causa. Quid ergo debet facere stipulator? quid petet? Respon. secundū qualitatem contractus debet facere libellum: & hoc est optimum verbum quotidianum: hoc est, eodem modo, quo stipulatus est. vnde qa stipulatus est alternatiuè: & alternatiuè dēt libellū suum conficere, vel formare. Et sum in vers. Præterea si qs. Tu habes vnum exēplū de eo qui plus petit causa. Hic ponit dominus Iustinianus aliud exemplum de eodem. Plus enim petit causa ille, cui homo in genere promissus est, si hominem certū petat, & similiter est in vino, & in purpura, & in alijs. Generaliter enim q̄ docunque aliquid debetur in genere: si certū quid petatur, plus peti videtur. Videt enim promissori adimere electionem: vel ad minus hoc facere intendit. Diceret aliquis: hoc verum est: qñ aliquid in genere promissum est: & ille cui promissum est, certū petit: quia tunc si pretiosissimum petat, plus petere causa videtur. Sed quid diceretis vos dñe, si aliqd in genere esset promissum: & ipse præcisè petat illud quod vilissimum est in illo genere: videtur ne plus petere? Respon. q̄ sic, quia adhuc electionem soluendi promissori adimere videtur. Sæpe enim accipit, vt promissori facilius sit soluere illud, quod maioris precij est. Omnibus ergo istis modis dicit plus peti: & quocunque istorum modorum plus petebat, cadebat plus petēs à causa. Hodie non est sic: vt patet in proximo §. Fraucis.

[a] Qui causa. Hic causam, electionem iam vocabit.

[b] Electio. Nisi eum iam vnū interijt, tūc enim alterum, quod superest præstabit. vt ff. de eo quod certo loc. l. non vtique. §. qui Stichum. & facit ad hunc §. ff. de iur. do l. plerunque. in fine.

[c] Eripit. Idest. eripere vult.

[d] Facit. Idest facere vult.

[e] Prodita est. Idest data. Et est actio ea stipulatu hoc modo, scilicet alternatiuè proponenda, vt dicitur hic.

[f] Præterea. Hoc est aliud exemplū, qualiter causa plus petitur.

[g] Tollit. Idest, tollere vult.

[h] Maioris pretij est. Facit ad hoc ff. loc. l. itē quæritur, §. j. & ff. de cōdi. & demō. l. qđ' traditū est. & l. sequen. & ff. de in diem addi. l. si vēdi tor. §. sed si neuter. & ff. de vsu & hab. l. fi. & ff. de vsufruc. l. hactenus. §. fi. & l. sequen.

Sed hæc quidem. CASVS Ab illo. §. siquis agens. vsq; nunc solum habuistis, q̄ quatuor sūt modi plus petendi. & quicūque aliquo istorum modorum plus peteret, cadebat à causa sua. pp quod dicit dominus Iusti. q̄ hoc videtur iniquum. & correctione dignū, vt dicit: hęc antea in vsu fuerāt sed postea lex Zenonia, & nostra cōstitutio hoc arctauerunt. Et hodie obtinet, q̄ nullus à causa cadat, scilicet qui plus petit tempore, aut alio modo. sed si plus petatur tempore, tūc in pœnam petendi plus tpe, duplicabunt induciæ: ita q̄ si illud, quod post annum debebatur, incontinenti petat: non poterit illud petere nisi post biennium: & etiam necesse habebit adhuc soluere omnes expēsas quas in lite reus fecerit. Si autē re, vel loco. vel causa plus petat? Rñ. Impe. q̄ tunc omne damnū, quod sustinebit reus per pluris petitionē, tenebitur sibi actor in triplum. h. d. Sed videt per hoc, quod dr hic, quod nō habebit locū id C. de plus pet. l. vnica. Rñ. imò, quia titu. ille in alio casu loquitur: vt patet in apparatu. pp mendacium enim ibi punitur.

[i] Sed hæc quidē. Scilicet q̄ diximus, vt plus petēdo cadas à tota causa: vt s. eod §. siquis agens.

ADDITIO Et consuluit dñs Iason ad euadendum istas pœnas, q̄ in libello semper adijciatur illa salutaris clausula: saluo iure superflui &c.

[k] Lex Zenoniana. s. Græca, quā nō habemus. Accur.

[l] Et nostra. Scilicet Græca, quam non habemus.

[m] Constitutio. Scilicet Græca, vt diximus, extra sen

Tu verò pro huius declaratiōe videas Bar. in l. Stichum aut Pāphilū. in princ. col. 2. ver. reassume ergo ff. de sol.

Ista lex bene facit ad propositum, sed alia nihil faciunt. Ias.

sentia est vt tempus debeat duplicari conuento, & omnes expensæ sibi restitui, vt ĩ. de exceptio. §. hodie autem.

a Quantitate. Et sic re.

b Alio modo i. loco, vel causa: vt ĩ. §. plus aũt. Ac.

c Diximus. Vt ĩ. eo. §. tripli. & ibi huius nostræ constitutionis Græcæ sententia recitatur. sed si non solum petijt, sed & cautionem exegit post litẽ cõtestatã, amittitur debitum etiam hodie: vt C. de plus pet. l. j. quæ est huic contraria. Si ante litem contestatã pœniteret, nõ punit: quia si petijt, sed petere vult: vt ff. rem ratam habe. l. amplius nõ petu. & in dicta l. C. de plus pet. l. j.

d Puniatur. Scilicet condẽnatione a lege illa Græca cuius effectum habuimus ĩ. eod. §. tripli. & in hoc §. plus autem.

Si minus Diuiditur in duas partes. Primo quã minus petijt. Secũdo, quã aliud pro alio per errorem petijt. Secunda ibi, siquis aliud. Fran. Arct.

quãtitate, a vel alio modo b plus fuerit petitũ: in omne, siquod forte damnũ ex hac causa acciderit ei, pro quo plus petitum fuerit, commissa tripli cõdẽnatione (sicut supra diximus) c puniatur. d

Qui minus q̃ sibi deberetur, iudicali libello petierit, nihil prohibet, quin coram eodẽ iudice quod reliqui est petere possit: idẽ quoq; iuris est in eo, qui errans aliud pro alio sibi deberi intẽderit, cui etiam in eadem instantia errorem corrigere cõceditur.

Si minus in intẽtione e sua cõplexus fuerit actor, q̃ ad eũ pertineat: veluti, si cũ ei decẽ aurei deberent, quinq; sibi dari oportere intenderit: aut si cũ totus fundus eius eẽt, partẽ dimidiã suam esse petierit: sine periculo agit. In reliquũ.n. nihilominus iudex aduersariũ in eodẽ iudicio f ei condemnat ex constitutione g diuæ memoriæ Zenonis.

Siquis per errorem aliud pro alio petierit, libellum mutare poterit. Arc.

Siquis aliud pro alio intẽdit: h nihil eum periclitari placet: sed in eodem iudicio i cognita veritate, errorem suũ cor-

CASVS. Vidistis iam de eo qui plus petit, qualiter puniabatur olim, & qualiter hodie punitur. Dominus Iustinianus, nihil volens dimittere indiscussum, adhuc tractat de eo, qui minus petit, quid iuris sit: & dicit, qui minus petit, hoc potest facere sine periculo, & in eodem etiam iudicio plus petere potest: quia ex constitutione bonæ memoriæ Zenonis fuit hoc introductum, quod ille qui minus peteret, posset in eodem iudicio plus petere. Et scire debetis quod hæc materia illius legis C. de eden. l. edita actio & ea quæ super repetitione illius legis dicuntur, possunt hic repeti. Quidam autem per §. istum voluerunt dicere, quod emẽdatio libelli, & mutatio possit fieri vsq; ad sententiã definitiuam: quia vsque ad sententiam definitiuam semper manet idem iudicium Doctores in nostris in hoc tendent omnes, quod ante litis contest. pôt fieri emendatio & mutatio & literã istam ita intelligunt: in eodem iudicio, idest ante litem contestatam. vel sic, in eodem iudicio, idest, apud eundem iudicem, non in eadem instãtia iudicij voca ut ibi iudicium idem propter identitatẽ iudicis, & causarum. Fran. de Are.

e Intentione. i. in libello intentionis: & hoc per errorem si n. scienter, donare p̃sumitur, secundum quosdã. Sed ĩ. puto quod nunquã donare p̃sumitur, nisi tunc quã iusiurandi fieret ab eo, qui donare p̃sumitur: vt ff. de re. iur. l. cuius per errorẽ. h. e aũt nõ erat datio, sed quædã abstinentia. Vnde siue de reliquo sciat. qui agit, siue non tempore cœpti iudicij. locum habet §. iste.

ADDITIO. Illa gl. in se, & relata ad tex. nostrum est vera. & secundum Ias. vnica, & singularis, non tamen est simpliciter vera inquantum dicit, nũquam p̃sumi donationem, nisi interueniat traditio, prosequere vt per eum.

f In eodem iudicio i. quandocunque ante sñiam reliquum petitur sine noua contestatione, secũdũ quosdam, vt hic dicitur. & hoc propter duas rõnes falsas. Vna, quia potest emendare libellum quandocunq; ante sententiam, vt dicitur. & est pro eis. ff. de noxa. l. in delictis. §. si detracta. & sic intelligunt C. de eden. l. edita. Altera rõ est, quia secundũ eos, et si cõ petat, vel pbet hoc actor: tñ iudex si scit, debet secũdum suam conscientiã condemnare reum. & est pro eis ad hæc rõnẽ ff. finiũ regundo. l. si irruptiõe. §. ad officium. & in hac sola fuit dominus M. sed certè, secũdum lo. positum est falsum & duæ rationes malæ. Nam nõ potest quis immutare libellum, nisi vsque ad litem contestatã nec etiã hodie post datum libellum, quia sic dicit auth. quod non habet necesse i primo libello persistere: vt in Auth. de litig. §. omnem. colla. viij. Itẽ, quia nõ videtur in iudicium venisse, quod post litis contestationem obuenit: vt ff. de iud. l. nõ potest & ff. de exce. rei iudi. l. cum quæritur. & l. egit. Nec ob. quod hic dicitur, & quod dicit, eodem iudicio. Nam dic, idest, coram eodem iudice, & ab eodem actore & reo. Nam & propter hanc causam, scilicet propter identitatem personarum, etiã vbi prorsus aliud petitur, tamen dicitur iudicium idem: vt ĩ. prox. §. Item non obstat. ff. de noxa. l. in delictis. §. si detract. quia ibi ex eadem causa, & eadem actione, & ad idem agebatur, licet esset variatio in quodam beneficio, quod dominus habet per legẽ, vt possit pro noxa dare: vt ĩ. de noxa. act. §. in summa. & ff. de re iudi. l. miles. §. j. Item alia ratio non est bona: quia non secundum conscientiam, sed secundum allegata debet iudex iudicare & pronunciare: vt ff. de off. præsi. l. illicitas. §. veritas. nisi habeat conscientiam vt iudex: vt in dicta l. & ff. finium regund. l. si irruptione. §. ad officium. & hoc in singularibus iudicijs. Sed quid in vniuersalibus? Resp. potest in eis adijci quandocunque ante sñiam: vt ff. de petit. hæ. l. 4. & l. si quo tempore. & sic intelligitur. C. de de app. l. fin. §. fin.

g Constitutione. Scilicet. Græca, quam non habemus. Accur.

Si quis aliud. CASVS. Supra vidistis, quod iuris de eo qui plus petit. Sed quid si aliquis aliud pro alio petierit, vel si vnam actionem pro alia proposuerit? Respondet quod non propter hoc periclitabitur et aliquid, sed in eodem iudicio cognita causa errorem suum corrigere potest. h. d. Fran.

h Intendente. Scilicet sibi deberi.

i In eodem iudicio idest, apud eundem iudicem, & dicitur idem iudicium, pp identitatem personarum & iudicis: in veritate aliud est. Sed nunquid nouæ dilationes dabuntur? Rñ. si potest esse instructus ex petitione prima etiam ad secundam, non dabuntur: cũ necessariæ non voluntariæ sint duæ dilatiões: vt C. de dila. l. j. Nã si primo egit actione vi bonorum raptorum, & postea mutetur, & agatur actione furti. satis pôt esse reus instructus. Si autẽ sunt diuersæ petitiones, vt in hoc §. di. nouæ dilationes dãdæ aũt: vt C de dil. l. j. itẽ nunquid iterũ de calũnia iurabitur? Respon.

Condẽnationẽ committi idest, quod vulgo dicimus cõdemnationẽ incurrisse. vt & pœnã cõmisisse dicitur q. i pœnam incidit.

Idem Fab. Pla. & Ang.

a Sequũtur Bald. Fab. Pla. Angel. & Ias. & est gl. similis in c. i. extra de plus pe.

Gl. in c. inter dilectos. sup. vet. addedi. dicit quod arg. huius §. in libello sũt ponenda illa verba, saluo iure addendi &c.

Tu caue ne te gl. fallat, quæ vsa est verbo emendare modo immutare: quasi pro eodẽ quo ad suos terminos sumatur, quod falsũ est: siquidẽ habẽt significatũ longe diuersũ. vel. edita. C. de edẽ. Ibi emẽdari, vel mutari.

i Cõtrarĩũ tenẽt Fab. Pla. Angel. & Ias. iudicium dẽ idem pp personarum idẽtitatẽ. Iudex enĩ secũdum conscientiã debet iudicare.

4 Nota secundum Ias. quod iudex qui est supra legem, vt Papa. Imperator, vel Princeps, cuius iudicium hẽtur pro lege debet semper secundum conscientiam suã iudicare qualitercunq; eã habeat, siue ex actis, siue nõ: alias peccaret. Itẽ nota quod executor tenetur exeq sententiã cõtra propriã conscientiam, nisi in causa criminali & corporali: quia tunc tenetur: dex si debet exeq cõtra suã conscientiam, vt pulchrè per eum.

Resp. sic: quia potest & sit in hac causa calumniatoris vt ff. de dam. infec. l. qui bona fide. §. antep. & pen.

a Corrigere. Nota, q permittitur alicui errorem suum corrigere. Sed nūquid in veteri habet necesse persistere? Respon. non, secundum hanc legē. Sed hodie contra: vt Auth. dalit. §. omnē, colla. viij. & ita intēta bit veterem, & nouam, nisi reo absoluto in veteri, obijciatur exceptio rei iudicatae in noua, vt quia sit eadē cā agendi, & eędē personę, & eadē res, licet alia sit actio: vt ff. de interrog. l. duob'. §. exceptio & ff. de except. rei iud. l. si mater. §. eandem. & l. cum quaeritur. Vel nisi actio prima ita se habeat ad secundam, vt electione tollat. quod in casibus cōtingit: vt C. de furt. l. j. & C. si seruus exte. se emi mā. l. j. & C. de codic. l. fi. & C. de pact. inter empto. & vendito. l. commissoriae & ff. de tribu. l. quod in heredē. §. eligere. & ff. de legat. ij. l. cū filius §. varijs.

b Intenderit. scilicet, sibi deberi.

c Glossa intrat hic materiā cumulationis, de qua vide Batt. Bal. Sal. & Ias. in l. edita C. de edē. Ioan. Fab. & Angel. hic.

rigere a ei permittitur: veluti si is, qui hominem Stichum petere deberet, Erotem petierit: aut si qs ex testamento dari sibi oportere intenderit, b qđ ex stipulatu debetur.

Adest sexta huius tractatus nouissima actionū diuisio, vt quędā sint solidi persecutoriae, quędā vero quibus non semper solidū consequimur: quarū aliquot exempla vsque ad tituli metas subijciūtur.

Sunt praeterea quędam actiões, c qbus nō semp solidū quod debet nobis, psegmur: sed modò minus: vt ecce, si in peculiū filij, seruive agam. Nā si non minus in peculio sit, quā psegmur: in solidū dñs, paterve cōdemnat. si verò min' inueniatur: eaten' cōdēnat iudex, quatenus in peculio sit. Quemadmodū aūt peculiū intelligi debeat, suo ordine proponemus. d

In dotis restitutionē condemnatur maritus, in quantum facere potest.

Annota. Maritū dotis restituēdae nomine conuētum, non vltra q̄ facere possit condemnandum.

Itē si de dote ī iudicio mulier agat: placet eatenus maritum e condemnari debere, quatenus facere possit, idest, quatenus facultates f eius patiuntur. Itaque, si dotis quantitati concurrant facultates eius, in solidum damnatur: si minus, in tantum, quantum facere potest. Propter retentionem quoque dotis repetitio minuitur. Nam ob impensas g in res

Sunt praeterea. Diuidit l duas partes. In prima ponit vnū dictū gñale, videlicet q nō ols actio est psecutoria solidi. Scdo illud p plura exépla pbat. Scda ibi, Vt ecce. Itē secūda subdiuidit. nā primo ponit exemplū d peculio, Scdo de dote, Tertio qñ agit cōtra patrē, patronū, sociū, vl donatariū. Quarto qñ agit p cōpēsationē, Quinto qñ agit cōtra illū, q bonis cessit. Scda ibi, Itē si de dote. Tertia ibi. Sed & si qs cū parēte. Quarta ibi. Cōpensationes. Quinta ibi, Cū eo quoque. Legā tñ p particulas: vt clarius vnaquaeque materia comprehendat.

CASVS. Iā vidistis in ti. de act. varias, & diuersas diuisiones actionū, Adhuc est ē alia diuisio actionū, q̄ innuit nobis Insti. & vsq; in fi. ti. prosequit, & est diuisio ista talis: Actionū qdā sūt, quib. psequimur solidū, qdā quib. nō solidū, & quędā quib. min'. Et ponit exemplū dicēs, q p actionē, de peculio aliqñ psequimur solidū: veluti si tépore lit. cōt. tantū reperiat in peculio deducto omni eo, qđ de iure deduci debet, quantū nobis debet & quemadmodū peculiū intelligi debeat suo loco pponemus. Et sum in §. itē si de dote, iā vidistis exemplū de vna actione, q qñq; psecutoria est solidi, qñ q; nō. Modo dabo vobis exemplū de actione, quę qñque dat in solidū qñ que nō: & est exemplum de actione de dote. quę est persecutoria solidi, qñ marit' solidū facere pōt. Si autē nō habeat vnde solidū facere possit: tūc debet cōdēnari in quantū facere pōt. & sumus in ver. Propter retentionē. Iā vidistis vnū casum, in quo nō consequitur mulier solidū per actionē de dote. Hic ponit dom. Iusti. aliū casum, puta maritus vtit retētione propter impensas factas in dote. h.d. Francis. de Aretio.

a Potest sustineri, q tertia diuisio fuit in §.

c Sunt praeterea quędā actiones. Innuit hic quādā diuisionē actionū, s. q aliae sunt persecutoriae in solidū, aliae nō. & hanc prosequit vsq; in fi. huius ti. & nō ē ista diuisio da xij. diuisionibus, Nā prima est q aliae sunt in rem, alię in personā: vt ī. eo. olim. Secūda est, q alię sunt ciuiles, aliae prętoriae: vt ī. eodē. §. sed istę quidē actiones sūt. Tertia fuit ī. eo. §. sequens. Quarta ī. eod. §. oēs aūt actiões. Quinta ī. eo. §. actionū autē quędam sunt. Sexta est, q alię sunt temporales, aliae sunt perpetuae. Septima, q aliae sunt trāsitorię ad hēdes, alię non: vt ī. de perpe. & tēpo act. §. nō omnes. Octaua est, q aliae sunt famosae, aliae non: vt ī. de pęn temere. liti. §. penu. Nona, q alię sunt directę, alię vtiles: vt ff. si quadru. paupe. fecisse di. l. penul. Decima, quòd alię directę, alię cōtrariae: vt ī. de ob. quae ex quasi cōtrac. §. j. & ij. Vndecima, q aliae singulares aliae vniuersales, aliae gñales: vt ff. pro so. l. p socio arbiter, Duodecima diuisio est q alię sunt simplices, alię duplices, vt famil. ercis. cōmu. diuidū. fin. reg. & quaedam interdicta: vt ī. de interdi. §. tertia diuisio. Est autē & extrauagans, de qua hic dicitur.

d Proponemus. Vt ī. hic j. §. cum autem.

e Maritum. Vel eius haeredes. s. filios communes: secus in extraneis haeredib'. vt ff. sol. mat. l. etiā filios mulieris. & l. maritum. & l. seq.

f Facultates. Vt tamen ipse maritus non egeat: 4 ff. de re iud. l. inter eos. & ff. de re. iur. l. in cōdēnatione personarū & hoc nisi dolo fecerit maritus, quo minus possit cautione exposita ab eodē de solido soluendo si ad meliorē fortunā peruenerit: vt C de rei vxor. actio. §. cum autem. & ff. sol. ma. l. etiā filios. §. licet. & ff. pro so. l. verum est. §. id quod. Itē nisi mulier ipsa esset paupera, ita vt ad ipsius victū tota dos esset necessaria. tūc si res dotalis, vl alia acquisita ex re dotali, extaret quia non haberet locū beneficium istius tex. vt per doct. hic.

g Impēsas. Dic q impensę aliae necessariae sunt, vt qb' nō factis. res erat peritura, vel deterior futura. Aliae vtiles, vt quib. nō factis res nō erit peritura, sed his factis res ē melior futura. Aliae voluptarię, q tantū exornāt: vt ff. de ver. sig. l. impēsae & ff. de impē. in re. do. fact. l. j. & l. qđ di. j. § vtiles, & l. voluptarię. in primis impēsis dic, q minuūt dotē ipso iure, si dos cōsistat in pecunia, & specie vt si est fund' & pecunia in dotē data: quātū i fundū impēdit: tantū in pecunia ipso iure debet desinere. Si verò sol' fund' i dote fuit: tūc si tātū expendit simul, vel diuersis vicib. quāti est fund': tūc ipso iure desinit esse dotalis, nisi mulier infra annū sponte marito impēsas obtulerit. Si verò nō tm. n desinit eē dotalis: sed tādiu tot', vl p parte retinet, quādiu impēsae restituant: vt ff. de impē. l reb. do.

f Ppter iudicia les, & isto modo diuisio §. sequ. etiā quarta, la son.

g Dic q in isto ti. non ponūtur nisi sex diuisiōes. prima i §. ij. secūda in §. sed istę tertia in § sequēs quarta in §. omnes. quinta in § actionū sexta hic. Ias. & est de mente aliorum.

4 Et in hoc deducendo debes attendi modus circa duo Primo circa quantitatem rei considerātis facultatib', & conditione personę: vt si possit operari, & habeat officium, vel artificiū, sibi computet, & hac deductio istarum operarū: nobilis verò plus expēdat, quā rusticus. Secundo circa quātitatē temporis, puta annorum ipsi' mariti sm formā legis. l. hęreditatū. in princi. ff. ad l. Falcid. vt per Ioan. Fab. & Angel. hic.

du.factis.l.quod dici.& ff de iu.do.l.siquis.§.pe.& si.& hoc in necessarijs impensis.Si autem vtiles sūt, tunc per act.neg. gest.vel mādati, si mandato mulieris fecit, repetont.Voluptatiæ non repetuntor, & si mandato mulieris factę sunt:sed abraduntor sine lęsione prioris status: vt C. de rei vxo.act. §.sed nec ob impensas,& ff. de rei ven. l. in fundo. ; Et secūdum hāc distinstionem hunc §.intelligas.& quod dicit in litera, quasi, non denotat improprietatē, sed est impensa necessaria,vt dictum est:sed si vtilis vel voluptaria, nullo modo locum habet hic §.

a Dos. In pecunia consistens.

b Libris. Vt ff. de impens.in re.du.fa. per totum tit.Accu.

Sed & si quis. CASVS. Præter actiones iam dictas, sunt & aliæ, quibus quandoque per sequimur solidum, quandoq; non.Eius modi sunt illæ quę dantur cōtra parentes ,& patronos, & contra socium. Idem dico in actionibus,quæ competunt cōtra eum,qui cōuenit ex sua donatione. hoc dicit. Franciscus.

c Sed & siquis.Scilicet filius,vel libertus , q agunt venia impetrata:alias puniuntur:vt ī eod.§.pęnales.ver. veluti.ibi.& in eum.Accur.

dotales factas , marito quasi retentio concessa est : quia ipso iure necessarijs sumptibus dos a minuitur : sicut ex latioribus digestorum libris b cognoscere licet.

In his quatuor casibus reus condēnatur,in quantum facere potest. Ang.

Sed etsi quis c cū parente suo , † patronove agat : item si socius cū socio d judicio societatis agat,non plus actor consequitur , quām aduersarius eius facere potest. e Idem est, siquis ex donatione f sua cōueniatur. g

Cōpensationis exceptio obiecta petitiōi efficit, vt vltrò,citroq; debito cōpēsato, in eo iudex rerū petitori condemnet,quod reliquum tantum debet.

Cōpēsationes quoq; oppositę plerūq; h efficiūt, vt minus quisq; ɔsequatur, q̄ ei debeatur . Nā ex bono, & ęquo habita ratione eius qđ invicē actorē ex eadē cā i p̄stare oportet: k in reliquū eū,cum quo actū est,condemnat: sicut iam dictum est. l

Qui bonis cessit,quamuis postea pinguior arriserit fortuna:non tamen vlterius , quam facere potest , conueniendus est.

Cū eo quoq; , qui creditorib. l suis bonis cessit , si postea aliqnid adquisierit, quod idoneū emolumentū hēat: ex integro m in id, qđ facere pt,creditores experiunt: inhumanū n. n erat spoliatū fortunis suis insolidū dānari.

TITVLVS VII.

QVOD CVM EO,† qui in aliena est potestate negotiū gestū esse dr. †

Cognito contractu seruorum ad obligandum dominum , erit cognitum , quid de contractu filij ad obligandum patrem.

d Socio. Et se confiteore socium.alias non datur ei hoc beneficium.vt ff.pro soc.l.si vous. §. vlt.

ADDITIO. Quod verum intellige,si perseueret in negatione vsq, ad litem contest.& negauit in specie esse socium,alias secus:puta si in genere:vt nego narrata,prout narrantur &c. secundum doct. hic.

e Potest Quod semper accipe detracto victo,quòd possit inde viuere conuentus:vt ff.de reg. iur.l.in cōdemnatione.

f Ex donatione.Idest,quando non potest soluere, cum donare promisit. Accur.

g Conuenatur.Scilicet condictione ex lege:vt C.de dona.l.si quis argentum.§.si autem. Et nota q hic solus conuenitur in quantum facere potest deducto ære alieno.vt ff.de re iudic.l.inter eos.§.j.& ij.& melius.§.fin.

Compensationes. CASVS. Supra,vidistis qualiter quandoq; p actiones persequimus solidū. & quandoque non:& hoc per naturā actionis,vt in superioribus patet.Hic autem dicit , q similiter per actiones quandoque non persequimur solidū propter cōpensationem factam,vel compositā ab homine,hoc dicit.Fran.

h Plerunque hoc dicit propter actionem depositi,& alias quaidam,in quibus non obijcitur cōpensatio: vt ī.eo.§.in bonæ fidei.& C.de compen.l.fin.

i Ex eadem causa. Hodie ex quacunque causa, & in quolibet contractu bonæ fidei,vel stricti iuris vt ī.eo.§.in bonæ fidei.

k Iam dictum est ī.eod.§ in bonę fidei.

Cum eo quoque. CASVS. Adhuc ponit dns Iustin.in nobis aliud exemplū actiō.in quo exemplo,nō semper persequimur solidum sed aliquando minus solido . Pone, q habebam debitorem, qui cessit bonis : deinde tamen ad pinguiorem fortunam deuenerit,intento cōtra eum actionē vtilem, quia mihi ante bonorū cessionem competebat directa : cōdemnabit ne iu ectiōe secunda insolidū? Respond. quod nō. sed inquantum facere potest. Inhumanum enim esset , q de postea acquisitis insolidum condemnaretur. hoc dicit. Fran.Are.

l Creditoribus. Quod fieri potest, non quēm debitū agnoscat,vel in iure confiteatur:vt ff. de cessionib.bon.l pe. nultima Prodest autem hæc cessio , vt non ducatur debitor in carcerem : vt C. qui bonis cedere poss. l.j. & quod in acquisitio postea conueniatur, in quantū facere possit.vt subijcit.

m Ex integro.Videtur sibi ipsi cōtraria litera, q ex integro,& inquantum facere potest,conueniatur,vt subijcit.Sed sic intelligitur , q insolidū conueniet, quandiu potest soluere: hoc tamē est deducto ne egeat:vt ff.de cess.bon. l.qui bonis. & ff. de reg. ior.l.in condemnatione.

ADDITIO Vel dic & longè facilius,ex integro, idest denuo,siue iterū,vt sit vna dictio: & ita exponunt doctores periti . Et hoc f. q qui cessit bonis, potest iterum conueniri , si peruenerit ad pinguiorē fortunam:verum est.nisi pro eo iam sustinuisset pęnas corporales,vel cessionē fecisset culo nudo super lapidē.de hoc glossa not.in verb.si habens.in.c.sicut dignū.§.eos insuper.extra, de ho. & in ca.peccatū. de regulis iuris.in vj.

n Inhumanum enim. Bene dico q inquantum facere potest ducto &c. non conueniator. inhumanū enim &c.

QVOD CVM EO, † QVI IN ALIENA est potestate,negotium gestum esse dicitur

Qualiter conueniamur ex contractibus , vel furtis nobiscum habitis,dictum est:nunc qualiter conueniamur ex habitis cum ys,quos in potestate habemus. Accur.

Quia

Impensæ voluptuariæ an possint abradi.

a Et hoc speciale in vxore, tamen ab alio cuius voluntate factæ fuissent in re sua bis repetunt. l. 3.§. si mo euatis . ff. de in rem ver.

† Quid si eū frettet & putat Hotomanus hic idē ius statuendum esse. cum enim patribus liberis id concederet.l. patronus. ff. de re iu di. multo magis parētis li esse hoc tribuendum est.

2 Hæc gl. pessimè loquitur, secundū laquē videplenius.

2 In Veruſt quibusdā exempl. Iudex in reliquū &c.

Cessio bonorum in duobus p dest.

Cessiõe bonorum facta non semp conuenietur q cessit,et si ed pinguiorē fortunā peruenit.

† Aliās quod cū eo contractū est q in aliena est potestate. Cōtinuatio.

Quia tamen. Totus iste tit. diuidit in sex partes. Primo ponit continuationē tit. Secundo, quòd filius, & seruus equiparātur. ideo dictū in vno potest intelligi dictum in alio. Tertio prosequitur de contractibus seruorū qualiter, & inquantum eorum dominus teneatur. Quarto illud extendit ad filios. Quinto ponit vnum in filio, quod non habet locū in seruo. Sexto redit ad contractum serui. Secunda ibi, Et quia. Tertia ibi, Si igitur. Quarta ibi, Quę diximus. Quinta ibi, illud propriè. Sexta ibi, illud in summa.

Quia tamē † superius a mētionē habuimus de actiōe, qua in peculium filiorum familias, seruorumque agitur: opus est, vt de hac actione, & de cæteris, quæ eorundem nomine in parentes dominosve dari solent diligentius b admoneamus. Et quia siue cum seruis negotium gestum sit, siue cum ijs, qui in potestate parētum sunt, eadē fere c iura seruantur: ne verbosa fiat disputatio, d dirigamus sermonem in personam serui dñiq;, idē intellecturi e de liberis quoq;, & parentibus, quorū in potestate sunt. Nā siquid in his f propriè seruetur, separatim ostendemus. g

Dominus tenetur ex contractu serui in solidū, si cōtrahi iusserit; vel si ipsū, vel liberum hominem naui, vel alicui alij negotiationi præposuerit, actionibus cognominatis, quod iussu, & exercitoria, & institoria. Ange.

Si igitur iussu domini h cum seruo negotium gestum erit: in solidum prætor aduersus dominū actionem pollicetur: scilicet qa is, qui ita cōhit, fidē domini sequi videt. i

Qui seruum, aut hominē liberum, naui, tabernæ, aut cuiuis negotiationi p̄fecerit, in id quod eius rei nomine, cui præpositus fuerit, contractum est, in solidum obligatur.

Eadem ratione k prætor duas alias † insolidum actiones pollicetur:

CASVS. Supra tit. px. sed & siquis cum parente. tractatum est de actione de peculio, quæ datur cōtra parētem, vel dominum pro contractu facto cū filiofamilias, vel cū seruo, sed nō plenè: & ppterea dicit in hoc loco, quòd de ea vberius tractata proponit: & occasione inde sumpta, tractat de omni negotio, quod gestum esse dicitur cū eis, qui in nostra potestate sunt. Dicit ergo, siue cum filiofamilias, siue cū seruo negotium gestū sit, q in nominibus ferè eadē natura seruat: & sine dubio i quolibet a titulo possumus tractare, & exemplificare de ambobus: qa tamen in his duobus eadem ferè natura intelligit: ne verbosa fiat disputatio, sermonem nostrū in personā serui, & domini dirigamus, & idē intelligamus in parentibus, & liberis. & de hoc tractabimus j. eo. §. illud propriè. ar. eius, quod dicitur, opus est, & de hac actione &c. voluerunt quidam dicere, q boc verbum, de peculio, est proprium nomen actionis, non est ita: sed sunt adiectiones, & no. in fin. huius §. h. d. Fran. de Aret.

a Superius. Vt supra, tit. j. §. actiones autē & §. sunt præterea.

b Diligentius. Quàm supradictum sit, vel dic diligētius. idest, diligenter.

c Ferè. Hoc dicit propter Macedonianum, quod habet locū in filijs, non in seruis: vt. j. eod §. quæ diximus. & propter alios casus, quos ibi dicemus. Accur.

d Disputatio. No cōtra multos doct qui legendo, & consulendo multa, & inutilia effundunt, cū paucis vti possint: contra id qd dicit, q gaudēt breuitate moderni. nam in multiloquio non deest peccatum. facit l. ampliorem §. in refutatorijs. cū ibi no. per glo & doct. C. de appel. Ang.

e Idem intellecturi. Nā similiū eadē est disciplina: vt hic, & ff de i rē ver. l. ij. §. pinde. & § quoties.

f In his. Scilicet parente & filio.

g Ostendemus. vt j eod. §. quæ diximus.

Si igitur iussu domini. CASVS. Supradictū est q tractādū erat de act siue adiectionibus actionum, q cōpetunt propter negotia gesta cū seruis, & filijsfa. Videamus igitur primo de illa act. quæ cōpetit propter negotium gestum cū seruo iussu dñi. Dicit igit, q si aliquis iussu domini cū seruo cōtrahat, cum domino cōtraxisse videtur: & ideo contra dñm ei actio dat insolidū cū hac adiectione. qd iussu & insolidum. Fidem enim domini sequi videt, qui eius iussu cum seruo cōtrahit. Similiter posset poni exemplum in filio, cū quo iussu patris contractum est: sed ne verbosa, i. verborū sit disputatio idē intelligas in filio & patre, qd dicit in seruo, & dño. & sum in ver. Eadē ratione prætor &c. Vidistis duas actionū adiectiones insolidum, adhuc pter illas duas adiectiones prętor pponit alias duas: quarū vna vocatur exercitoria, & alia institoria: & primo ponit exemplū de exercitoria. dicens. & tunc competit exercitoria, cum domin⁹ nauis, siue nauta, qui exercere dicitur, seruū suum magisterio nauis p̄posuit, & cum seruo illo contractum fuerit. Dat enim tunc contrahenti cōtra dñm nauis actio exercitoria insolidum cum præposuerit eū insolidū. & quanquā litera in seruo suo loquatur. idē tamē intelligas in seruo alieno, vel in libero homine magisterio nauis p̄posito, si cum eo contractū fuerit eius rei gratia ad quā p̄positus fuerit, & sic trahit exercitoria nomen suum ab ipso dño nauis, qui aliū præposuerit alicui negotio, qui exercitor dicit, sed institoria econuerso trahit nomē ab eo, qui certo negotio p̄ponit, qui institor appellat. & sumus in vers. institoria &c. Supra vidistis, qn locū habet exercitoria actio: modo videa tis qn locū habet istitoria: & certè habet locū cū qs præponit seruū tabernæ, aut alicui negotiationi, & cum eo contractū fuerit eius rei gratia, cui pręponitur. Tunc. n. dat actio contra eū ex eo contractu, cū hac adiectione institoria. Qui aūt a domino p̄ponit, institor appellatur. In vers. Istas tamē duas actiones &c. casus est talis. Supra diximus, q locū habet exercitoria, siue institoria. cum seruū suum naui vel tabernę, vel alteri rei, siue certæ negotiationi dñs pposuerit. Istas autem duas actiones prætor reddit & donat: & si dominus seruum alienum vel liberū hominem alicui negotiationi præposuerit: quia eadem ratio æquitatis in eo casu inuenitur h d. Fran.

h Iussu. s. volētis tū seruo cōtrahi, siue dirigat iussum ad seruū, siue ad contrahētē cū seruo, siue subscripserit, siue quocūq. n ō cōtractū ratū habuit: vt ff. quod iussu. l. x §. j. & §. sed & si seruus chirographo & § si ratū.

i Videtur. Vt etiam ab ipso domino debitū condici possit: vt j eo. § pe.

k Eadem ratione. Quia fidem domini sequi vidatur. vt j. proxi. §. in fi. Accur.

Ista gl. nō est Ac cursij.

Similitudo est in vno nō coarguit similitudinē in alio. vt no. p Ang. in l. ex facto in no. ff. de vulg. & pup. sub.

† Et hoc quidē in his q contracta sūt respectu ei⁹ rei, cui præficiuntur. Nā si contractū sit, vt si aute ex mutuo à p̄fectis cōtracto, præficientes conueniri possint.

Exercitoria actio. Exercitor. Institoria actio. Institor. Et qd mutuū p̄bentes huius modi negotiatoribus spectare debeāt vide hic apud ipsā. Pla.

quarum altera exercitoria, [a] altera institoria appellaẽ. Exercitoria tunc habet locũ, cùm quis seruũ suũ magistrũ naui ꝓposuerit, & quid cum eo eius rei grã, [b] cui ꝓpositus erit, contractũ fuerit. Ideo aũt exercitoria vocatur: qa exercitor is appellatur, ad quẽ quotidianus nauis quęstus [c] ptinet. Institoria tunc locũ hẽt, cum qs taberneę fortè, aut cuilibet negotiationi seruum [d] suũ pręposuerit, & quid cũ eo eius rei cã, cui ꝓpositus erit, ꝯctũ fuerit. Ideo aũt institoria appellatur: quia qui negotiationibus ꝓponũtur, institores vocanẽ. [e] Istas tñ duas [f] actiones ꝑtor reddit: etsi liberũ quis hominẽ, aut alienũ seruum naui, aut taberneę, aut cuilibet negotiationi præposuerit, s. quia eadem ęquitatis [g] ratio etiam eo casu interueniat.

Si seruus in peculiari merce sciente domino negotians ex contractu quibusdam creditoribus obnoxius fiat: tũc siquid inde ẽt domino debeatur, ĩter eũ, cæterosq; creditores merces peculiares secundũ ratã cuiusq; portiones inuicem contribuuntur. q si cui creditorum minus, quam oporteat cõtigerit, actione (quæ tributoria dicitur) aduersus dominum experitur.

Introduxit & aliã prætor actionẽ, q̃ tributoria vocaẽ. Nanq; si seruus in peculiari merce [h] sciẽte dño negotietur, [i] & qd cum eo eius rei cã [k] ꝯtractũ erit: ita ꝑtor ius dicit, vt qcquid in his mercib᷒ erit, quodq; inde receptũ erit, id inter dñm, siquid ei debebitur, & cæteros creditores pro rata portione distribuatur. & ideo tributoria vocatur: qa ipsi dño distributionẽ ꝑtor permittit. Nam siquis ex creditoribus queratur, quasi minus [l] ei tributũ sit, q̃ oportuerit: hanc ei actionem accõmodat, q̃ tributoria appellatur.

Quod si ex contractu serui (ẽt inscio domino initio) in domini vtilitatem versum est, id solidũ soluere cogitur: in rẽ aũt versum intelligimus, siquid seruus impenderit, quo meliorẽ rẽ dominus habeat, aut nõ deteriorẽ: vt exemplis aperitur. Quòd si versũ nõ fuit, eatenus tãtũ tenetur domin᷒, quaten᷒ vires peculij sese extendũt.

Præterea introducta est

[a] Exercitoria. Quæ perpetuo hæredi & in hæredem datur: vt ff. de exerci. l. si tamen. §. fi. Idẽ in institoria: vt ff. de institor. l. nouissime. Idem etiam de in rem verso: vt ff quando de pecu. act. anna. est l. quæsitum. in fine.

[b] Eius rei gratia. Benè dicit, eius rei gratia. Nam si ob aliam rem, puta negotij sui, vel tum esset ꝑpositus ad vehendũ onus, ipse acceperit mutuam pecuniam, nõ ad vtilitatem nauis, nõ tenetur dominus: vt ff. de exercit. l. j. §. nõ autem.

[c] Quæstus. Idest prouẽtus, siue lucrũ. Sed magister appellaẽ, cui toti᷒ nauis anchora, idest gubernatio cõmẽdaẽ: vt ff de exer. l. j. §. magistrum nauis.

[d] Seruum. Vel liberum: vt in fine huius §.

[e] Vocanẽ. Nota q institoris à ꝑpositio. sed exercitoria à præponente vocatur: vt hic, & supra proxi §.

[f] Duas. Per hoc, quod dicit duas, excludit primã, quod fit iussu. Accur.

[g] Æquitatis. Not. q vbi eadẽ est æquitas, idem ius statuẽdum est: sic ff ad le. Aquil. l. illud. §. cũ enim. in glo æstimatio & l. qui. mo ius patr. pot. sol. §. patientione.

introduxit. CASUS. Præter prędictas actiones, quod iussu, exercitoria. & institoria, adinuenit adhuc prætor aliã actionem, quæ vocatur tributoria: & habet locum hęc actio, quando domino sciente, & iubente in mercibus peculiarib. negotiatur seruus. Tunc n. si aliquis in illis mercibus cum seruo ꝯtrahat, statuit prætor. q quicquid in illis mercibus cum seruo contractũ est, vel inde receptum, q totum inter dominum, & creditores tributoria agentes distribuatur, & quia domino permittitur distribuere, si contingeret, q malè distribueret dominus, propterea in hoc casu accommodauit prætor hanc actionem siue adiectionem, creditori conquerenti de mala distributione. h. d. Quidam tamen dicunt. q non habet locum tributoria contra dominum, nisi in eo casu quando dominus iam malè distribuit. tu dic contra. Franc.

[h] In peculiari merce. Hoc cautè dicit, non in dñica: vt ff. de insti. l. sed & si pupillus. §. pen.

[i] Negotietur. Ad omnem quoque porrigitur negotiationem, vt ff. de tribu. l. illud. & l. r. §. licet.

[k] Eius rei causa. Nota q ad hoc, vt competat ista actio, oportet q sit contractum illarum mercium cã, aliàs nõ cõpeteret: vt per An. hic.

[l] Minus. Hic actionem tributoriã dicunt quidam nõ dari, nisi domin᷒ primo distribuat: & dicunt. q cogitur officio iudicis: & hoc colligitur ex hoc §. quia dicit minus. Sed dico, quòd ante & post competit, quia min᷒ tribuit, qui nihil tribuit: vt ff. de tribu. l. illud. §. si cuius dolo. versic. minus. & argu. ff. de ver. signifi. l. minus. & l. verbũ amplius. secundùm Ioan.

Præterea introducta. CASUS. Iam vidistis naturam diuersarum adiectionum videlicet adiectionis, quod iussu, exercitoriæ, & institoriæ, & tributorię, adhuc præter istas sunt inductæ à prætore aliæ adiectiones quarum vna vocatur de in rem verso, & alia de peculio, & sunt diuersæ à prædictis, quia suprædictæ actionum adiectiones, nũquã habent locum contra dominũ pro cõtractu facto cũ seruo, nisi hoc factum fuerit domino volente, sed istæ duæ adiectiones dantur cõtra dominũ pro contractibus factis cum seruo domino ignorante, & nolente, adeo, q si sine domini voluntate negotium gestum sit tamẽ siquid in eius negotium versum fuerit, id totum præstare tenetur dñs: & ad hoc potest agi actione ex illo contractu, cum hac adiectione, de in rẽ verso, si aũt non sit aliquid versum in rẽ eius: tunc põt dñs conueniri quatenus est in peculio, deinde docet quid videtur versum in rem domini: dicens, q illud videtur versum, quod in rem eius necessario impẽdit seruus, & de expensis necessarijs ponit multa exempla. Sed pone, q seruus alicuius, q sciẽte dño in negotijs peculiarib. negotiatur, à Titio decẽ aureos acceperit mutuo. & quinq; aureos creditorib. suis soluerit: reliquos vero quinq; alio modo cõsumpserit, ꝑ illis quinq aureos in rẽ domini conuertit, debet domin᷒ consult.

Die hoc verum, si prima actio dabatur hæredi, vel cõtra hæredem: qa istæ non sunt propriæ actiones, sed adiectiones: vt hẽ in d. l. si tamen. §. fi. secũdũ Ange.

Ius idem statuaẽ, vbi est eadem ęquitas.

Nota ex illo §. penul. differẽtiã quia institoria habet locũ in merce dominica, tributoria in merce peculiari. & si vna egi & succubui qa malè intentaui, possum aliã intẽtare. de quo dic, vt ibi per gloss. Ang.

insolidum cõueniri: pro alijs verò quinq; peculiotenus dñs cõuenitur. Si autem omnes decẽ aurei in rẽ domini versi fuissent, decem aureos consequetur per actionem de in rem verso. Licet enim vna sit actio, siue adiectio, qua de peculio, & de eo quod in rem dñi versum sit agitur: tñ duas habet condemnationes. Iudex ergo corã quo de in rẽ verso agitur, debet inspicere an in rem dñi versum sit, an non. Non.n. aliter debet venire ad æstimationẽ peculij, nisi aut nihil in rẽ dñi versum sit, aut totum. h.d. Fran.

rẽ verso. Et quod subijcit, duas h.t cõdemnationes .s. actio de peculio, vnã .s. pro suo effectu, & aliam pro effectu, scilicet actionis de in rem verso. Accur.

ADDITIO. Hæc opi. gl. quod sunt diuersæ actiones verior est: quia habent diuersa nomina, & diuersa media concludendi.

actio de peculio, deque eo, [a] qđ in rẽ dñi versum erit: vt quamuis sine voluntate dñi negotium gestum erit: tamen siue quid in rem eius versum fuerit, id totum præstare debeat: siue quid non sit in rem eius versum, id eatenus præstare debeat, quatenus peculium patitur. [b] In rem autẽ dñi versum intelligitur, quicquid necessario in rẽ eius impenderit seruus: veluti si mutuatus pecuniam creditorib⁹ eius soluerit, aut ædificio ruentia fulserit, aut familiæ frumentũ emerit, vel ẽt fundũ, aut quamlibet aliam rem necessariã mercatus erit. [c] Itaq; si ex decem [d] puta aureis, quos seruus tu⁹ à Titio mutuos accepit, creditori tuo quinq; aureos soluerit, reliquos verò quinque quolibet modo consumpserit: pro qnque quidem in solidum damnari debes: [e] pro cæteris vero quinque eatenus, quatenus in peculio sit. Ex quo, scilicet apparet, si toti decem aurei in rem tuam versi fuerint, totos decem aureos Titium consequi posse. Licet [f] enim vna est actio, qua de peculio, deque eo, quod in rem domini versum sit, agitur: tamen duas habet condemnationes. Itaque iudex, apud quem de ea actione [g] agitur, ante despicere solet, an in rem domini versum sit: nec aliter ad peculij æstimationem transit, quàm si aut nihil in rem domini versum intelligatur, aut non totum.

In peculio dicitur esse id, quod superest deducto eo, quod debetur domino, dũmodo nõ debeatur vicario serui. h.d. Aret.

Cum autem quæritur, quantum in peculio sit: antè deducitur quicquid seruus domino, [h] eive, qui in potestatẽ eius sit, debet: & quod superest, id solum peculium intelligitur. Aliquando tamen id, quod ei debet [i] seruus, qui in potestate domini sit: nõ deducitur ex peculio: veluti si is [k] in

[a] Deque eo. Caue tibi: quia de duabus actiõibus simul dicit, s. de peculio, & de in rem verso.

[b] Patitur. Facit ff. de pecu. l. siquis seruum. §. eriã. & hic adiuge §. cæterum. qui est infra.

[c] Mercatus erit. Facit ff. de in rem verso. l. j. §. proinde.

[d] Ex decem. Quia quot sunt consumpti, in tot debes teneri: vt ĩ proxi. §.

[e] Damnari debes. Facit ff. de in rẽ verso. l. si pro patre. §. idem.

[f] Licet. Hoc punctum quod est iste, ita prauè intelligũt quidam, quod quicunque agit de peculio vi tenentatẽ illam formulam, & agere scilicet de in rẽ verso: vt hic, & ff. de in rẽ verso. l. filiusfamilias. in fi. & ff. de pecu. l. j. §. est autem. quæ opinio necessaria esse videtur. Nam cũ de peculio agitur, debita peculiaria computantur, & ita quod seruus debet domino, & dominus debet seruo naturaliter: quia quod seruus impẽdit in rem domini, venit in actione de peculio: vt ff. de pec. l. quam Tuberonis. §. in peculio. versi. sed & hic quod nihil aliud est, quam de in rem verso agi. & ita qui agit de peculio, & de in rẽ verso agit. Sed tu dicit, quod diuersæ sunt actiões, & actionũ formulæ, nec qui formulam vnius proponit, alterius formulã proponere videtur. Nec obst. d. l. de pecul. l. j. §. est autẽ. quia licet ibi videatur sub actione, & edicto de peculio actionem de in rem verso proponere: tñ non demõstrauit edictum, qđ sit de peculio tñ sed gñale, quod dicit de omni eo, quod sit cum eo, qui in aliena est potestate: vt in ea l. j. §. verba autẽ. Itẽ non ob. d. l. filiusfamilias. in fi. qa quo ad effectũ proponit de in rẽ verso, q proponit de peculio, sed quo ad formulã: & eodẽ mõ expone qđ hic dr. vna est actio de peculio & de i rẽ verso s. ille, q proponit actionẽ de peculio, cõsequit effectũ actionis de in

[g] Actione. Scilicet de peculio.

Cũ autẽ. CASVS. In fi. prxi. §. habuisti quod tũc demũ tñ ãtẽdũ est ad æstimationẽ peculij qñ nihil est i rẽ dñi versum, vel nõ totũ. Sed dñe pro Deo dicatis mihi qualiter i isto casu debuit æstimari peculium i frater tñ. cum quæritur quantum peculiũ sit: solum quod supererit deducto eo, qđ dño debet, & ẽt eo, quod illis debetur, qui in sua potestate sunt, vel tutela, illud qđ superest, dr esse i peculio. & sum in versic. Aliqñ tñ. lã intellexistis, quod peculiũ intelligit illud, qđ remanet deducto eo qđ dño debet. & ẽt illis, qui in ei⁹ potestate sunt. quinque tñ contingit, quod dñs non primo deducit quod seruus suus debebat, puta si habeã seruum ordinarium & ipse habeat seruũ vicariũ, & ordinarius me⁹ debeat mihi centum & vicariu suo i. ego postea cõuẽtus acti. de peculio pro facto serui ordinarij. prius deducã illa cẽtũ, q mihi debebat. poteto ne deducere illa i. q seruo suo vicario debebat? dr quod nõ Et rõ hui⁹ ẽ hæc: qa leges imponunt reb⁹, & nõ verbis. Si n. dñs deduceret debitũ vicarij de peculio ordinarij, & illud poneret i peculio vicarij: hoc nihil aliud eẽt, q vna manu auferre de peculio ordinarij, & alia manu ponere idẽ i peculio ordinarij, cũ peculiũ vicarij sit peculiũ ordinarij. h.d.F.

[h] Dño. l. debet. Cum.n. inspecto iure naturali seruus liber sit, apparet quod naturaliter põt obligari ẽt dño suo vt ff. da condic. indeb. l. si id quod. & ff de pecu. l. nec seruus, & ĩ de fi. iessu. §. j. Accur.

[i] Debet q d. Et id deducit, quod debet illis seruus ijs, qui sunt i potest. te, vt conseruis suis, & filijs dñis, & pupillis dñi vt ff. de pec. l. peculiũ aũt. in princ.

[k] Si is. i. cui debet puta habeo seruũ [a] castaldũ, q ordinarius dr, qui het sub se aliũ, qui vicarius dr, si ordinarius aliquid debet vicario, & cõuenior de peculio ordinarij, non deducam quod vicario debet. & est ratio in promptu: quia si deduco pro vicario, adhuc remanet peculiũ ordinarij & ita frustra herẽt deductio, cũ semp maneret ordinarij peculium ipsius.

Actio de peculio, & de in rem verso sunt diuersæ.

Textum exponit.

Seruus ordinarius. Seruus vicarius.

[a] Castaldus is seruus dicit ab Alc a. in cõmẽtarijs ad l. lecta ff. de rebus credi. in verbo de domo, cuius calx, seu dom⁹ cura est demandata.

ipsius [a] peculio sit: Qđ eo pertinet, [b] vt siquid vicario suo seruus [c] debeat, id ex peculio eius [d] non deducatur.

Cui cōpetit actio institoria, vel exercitoria, vel quod iussu cōpetit ēt de peculio, totius eius quod est in peculio, rō est habenda: in tributoria solū eius cir ca qđ negotiatur. Quapropter quādoq; expedit agi vna, quandoq; alia. Arc.

Cęterū [e] dubiū nō est, quin is quoq;, q iussu dñi ɔ̄xerit, cuiq; institoria, vel exercitoria actio cōpetit de peculio, deq; eo quod in rē dñi versum est, agere possit. Sed erit stultissimus, [f] si omissa actione, qua facillimè solidū [g] ex ɔ̄ctu cōsequi possit, se ad difficultatē pducat pbādi in rē dñi versum esse: vel habere seruū peculium, & tm̄ habere, vt solidum sibi solui possit.

